ITINERARIA SYMONIS SIMEONIS ET WILLELMI DE WORCESTRE.

QUIBUS ACCEDIT

TRACTATUS DE METRO,

In quo traduntur regulæ a ſcriptoribus medii ævi in verſibus Leoninis obſervatæ.

K
2 Je

E Codicibus MSS. in Bibliotheca Coll. Corp. Chriſti Cantab. aſſervatis primus eruit ediditque,

JACOBUS NASMITH A.M. S.A.S.
ejuſdemque Collegii nuper Socius.

CANTABRIGIÆ;

Typis Academicis excudebat J. Archdeacon.
Veneunt apud J. Woodyer, et T. & J. Merrill Cantabrigiæ;
T. Payne, et B. White, Londini.

M, DCC, LXXVIII.

CMC
MVSEVM
BRITANNICVM

PRÆFATIO.

NON eſt operæ pretium te, lector erudite, diutius in limine morari, aut longa verborum ambage autores hoſce nunc primum in lucem editos tibi ſupra modum commendare. Non enim editoris partes eſſe exiſtimo, ſcriptores ultra merita laudare, aut teſtimonia undique petita, iiſdemque fere verbis concepta, operibus a ſe editis præfigere. Quid refert Balæum, Lelandum, Pitſeum, Demſterum, Voſſium, Oudinum, Whartonum, Tannerum, alioſque citare, quum eadem fere apud omnes reperiuntur, et vix unguem latum a ſe invicem diſcedunt. Viſum eſt igitur ſolius Tanneri, qui palmam aliis facile præripuit, teſtimonio uti, et præfationis loco, ea quæ de Symone et Willelmo tradidit, obſervationibus noſtris illuſtrata tibi ante oculos ponere; unde facile licet diſcere, quæ mea ſit de hiſce itinerariis ſententia, quam et ipſe non ſemel publice ſum profeſſus. Ne igitur mihi vitio vertas, ſi ea expectationem omnem tuam non expleant, Worceſtriumque præſertim hominem rudem et indoctum, eloquentiæ et acuminis pariter expertem deprehendas; ſed æquo potius animo hæc rei antiquariæ primordia accipias; Willelmumque

primum Angliæ perluſtratorem ne flocci facias, quoniam Lelando longe eſt inferior; memineriſque multa a Worceſtrio obſervata et utcunque deſcripta jamdudum periſſe, quando Lelandus eandem provinciam feliciore marte ſibi ornandam ſumpſit.

Testimonium Cl. Tanneri de Simone Symeonis et Willelmo de Worcestre.

Symeonis [Simon] ordinis fratrum Minorum, S. theol. profeſſor, patria, ut videtur Hibernus. Scripſit *Itinerarium ejus et fratris Hugonis illuminatoris ex Hibernia in Terram Sanctam* A. D. MCCCXXII. Pr. "Culmine honoris ſpreto." Mſ. C. C. C. Cantabr. G. 6. In itinere per Angliam egregia multa * enarrat de diverſis urbibus et locis Angliæ.

Botonerus † [Gulielmus] Wirceſtrius ſive Worceſtrius in parochia S. Jacobi Briſtoliæ A. MCCCCXV (Mſ. Laud. bibl. Bodl. B. 23.) ex equeſtris ordinis ‡ parentibus oriundus, A. MCCCCXXXI primo venit Oxoniam, et literas academicas in aula Cervina excoluit,

* Multum dubito, an Simonis itinerarium unquam pervolutaverit Tannerus; de Anglia enim perpauca, eaque plerumque jejuna ibidem narrantur. Non quod Simoni defuit acumen, ſed vix inter medii ævi ſcriptores quenquam invenies, qui mores et habitus gentis ſuæ, urbeſve et ædificia patriæ deſcripſit; quanquam non deſunt, inter quos et Simon merito numerandus eſt, qui, exteris regionibus perluſtratis, et incolas et regiones ipſas haud inepte pinxerunt.

† Sunt qui Willelmum Botonerum a Willelmo Worceſtrio diverſum faciunt, ſed perperam: Ipſe enim, teſte Hiſtoriæ et Antiquitatis Oxon. ſcriptore, ſe modo Botonerum, modo Worceſtrium appellare conſuevit: in itinerario tamen Botoneri cognomine ſemel tantum utitur, rectius igitur Worceſtrium a paterno quam Botonerum a materno genere dixeris.

‡ Filius fuit Willelmi de Worceſtre et Elizabethæ Thomæ Botoneri filiæ; et patris et avi materni in intinerario meminit, nunquam autem innuit vel hunc vel illum equeſtri dignitate fuiſſe ornatum.

coluit, quam ingreſſus erat A. MCCCCXXXIV; ibique dom. Johannis Falſtoff equitis Norfolcienſis (cui poſtea armiger erat) munificentia in ſtudiis ſuſtentatus eruditione multiplici * ingenium exercuit, ſcientia vero aſtronomica præſertim inclaruit. Per Anglorum limites omnes, ubicunque res ullas peragendas habebat, viſitatis conventibus, collegiis, monachorum cœnobiis, eccleſiiſque cathedralibus antiquitates ipſe collegit: et quicquid memoria dignum poterat vel ex bibliothecis, codicibus, calendariis, martyrologiis, antiquis ſepulchris, epitaphiis, feneſtris aut ſimilibus veterum monumentis haurire, tabellis vel rotulis inſcripſit. Scripſit † *Antiquitates Angliæ* ‡, lib. iii. "Eximiæ probitatis et prudentiæ." *Epiſtolarum acervum*, lib. i. "Oratori neceſſaria eſt ſapien-" tia." *Collectiones medicinales*, lib. i. "Recipe in " nomine individuæ trinitatis." Extant inter Mſs. Bal. Sloan. ut videtur, ob has rationes, 1mo. quia Johannis Falſtoff meminit. 2do. quia collector circa Briſtoliam vixit, etc. *Abbreviationes doctorum*, lib. 1. "Cumque diverſorum diverſi probl." *De aſtrologiæ valore*, lib. 1. "Poſt locorum deſcriptionem." [Li-

* In varia certe ſtudia incubuit Worceſtrius, parum tamen feliciter in pleriſque inſudavit.

† In recenſendis autorum operibus multum hallucinati ſunt Lelandus et Balæus aliique qui de ſcriptoribus medii ævi diſſeruerunt; nec raro evenit, ut eundem librum diverſis titulis nuncuparint, vel in catalogis ſuis receperint nomina librorum qui aut nunquam extiterunt, aut jamdudum perierunt. Inter varia opera, quæ a Worceſtrio ſcripta eſſe vulgo habentur, perpauca admodum ſunt quæ adhuc conſervantur.

‡ Harum antiquitatum meminerunt omnes, ubi autem aſſervantur indicavit nemo. Hinc a vero hand alienum videtur, Willelmum in animo quidem habuiſſe, collectanea quæ multo labore fecerat in ordinem redigere, et exinde topographiam et antiquitates Angliæ illuſtrare, ſed viribus imparibus tantum opus aggreſſum, ab inſtituto cito deſtitiſſe, neque unquam ad umbilicum perduxiſſe.

bri hujus initium idem plane eſt cum Baconiano illo *De utilitate aſtronomiæ* inſcripto, unde ab illo alienum non eſſe ſuſpicor, A Wood.] *Acta domini Johannis Falſtoph*, lib. 1. "Anno Chriſti MCCCCXXI, et anno "regni." Præter hæc memorat Pitſeus, *Append.* p. 861, ſub nomine Gul. Worceſtrii, quem diverſum a Botonero perperam facit, alia ejus opera; quæ uno, ut videtur, volumine comprehenduntur. *Itinerarium* *, *ſive liber memorabilium Will. W. ſcript. in viagio*

* De hoc itinerario varia ſunt eruditorum judicia: quidam enim publici juris faciendum eſſe ſenſerunt, iniquum reputantes, Willelmum, qui Angliam primus perluſtravit, et pro modulo ingenii ſui antiquitates et res memorabiles literis conſignavit, diutius in tenebris cum blattis et tineis luctari; e contra non deſunt, qui hanc ſententiam pullato circulo dignam affirmarunt, quanquam iidem "Worceſtrium in re hiſtorica, heraldica et aſtronomica, me-"dicaque pro ſeculo excelluiſſe, operaque ejus erudita eſſe et "perutilia" tradiderunt. Fuit ſane Worceſtrius vir magnæ induſtriæ, multaque certe in tabulis notavit quæ alibi fruſtra quæres, eaque ad topographiam et antiquitates Angliæ apprime pertinentia. Dolendum tamen, quod hanc induſtriam non parum fœdavit ſtylus rudis prorſus et barbarus, quod ei defuit judicii acumen, quodque nulla ſelectione habita, plurima coacervavit nullius fere pretii, multaque ſilentio prætermiſit, quæ avide accepiſſent poſteri. Quis enim non faſtidiret perpetuam illam grammatices negligentiam, quæ in itinerario ubique cernitur? Quis non doleret, eum totas paginas in eccleſiarum, imo platearum menſuratione conſumpſiſſe, ædificia tamen ipſa nullatenus deſcripſiſſe. Vere igitur dicamus, Worceſtrium mediocriter fuiſſe doctum, ingenio parum acri præditum, laudemque induſtriæ meritam judicii et acuminis gloria nequaquam cumulaſſe; itinerariumque ejus, rei antiquariæ curioſis gratum, ideoque publici juris faciendum, Lelandi laboribus neutiquam eſſe comparandum.

Duo tantummodo hujus itinerarii exſtant exemplaria, amboque in celeberrima Coll. Corp. Chriſti apud Cantabrigienſes bibliotheca aſſervata; e quorum uno, autoris nempe autographo ſuperius a Tannero deſcripto hanc noſtram dedimus editionem; alterum vero, apographum juſſu Reverendiſſimi Parkeri factum, nihil elegantiæ (ut autumant, qui nunquam viderunt) præ ſe fert, neque fidem meretur, quando, ut ſæpe evenit, variat ab autographo unde fuit tranſcriptum.

Alios ſecutus *Itinerarium* appellavi, rectius tamen *collectanea* ſeu *adverſaria* dixeris; in hoc enim codice, individuo, uti videtur, perigrinationis

gio de Briſtol uſque ad montem S. Mich. in anno MCCCCLXXVIII. Pr. Weſtmonaſterium. "Latitudo "orientalis." Loco MCCCCLXXVIII manus recentior male in Mſ. appoſuit MCCCCXVIII. Dicit enim autor ſe præſentaſſe epiſcopo Winton. Anno MCCCCLXXIII 10 Auguſt. *Librum Tullii de ſenectute* Anglice tranſlatum: In hoc Itinerario continentur *Notabilia villæ Briſtoliæ.* Pr. "Briſtolia villa, aliter." Item in eo enumeratur longitudo, latitudo, etc. omnium fere eccleſiarum Angliæ cathedralium, conventualium, etc. (Mſ. in bibl. Lambeth. Wharton. L. p. 107.) quæ alteri, diverſo a priori, includit libro Pitſeus. Conſervatur *Itinerarium* in bibl. coll. Corp. Chr. Cantabr. Mſ. Miſcell. M. quod fere omnia continet, quæ habentur in autographo alio in folio, forma oblonga, manu valde deformi exarato. His omnibus adde libros a Gulielmo conſcriptos ab auctore *Hiſt. et Antiq. Oxon.* memoratos, quibus tituli: *Verificatio omnium ſtellarum fixarum pro anno* MCCCCXL. Mſ. Hunc ille libellum, inſtante Falſtofio patrono, contexuit. *De ſacramentis dedicacionis.* Mſ. Librum hunc publicæ collegii Magdal. Oxon. bibliothecæ detulit fundator; illi autem nuncupatus ab ipſo

grinationis comite, quodcunque relatu dignum aut vidit aut audivit Worceſtrius, ſedulo notavit. Hinc res nullo ordine diſponuntur: hinc quædam a propoſito prorſus aliena inſeruit. Omnia quidem in editione noſtra retinuimus, quæ ad hiſtoriam vel topographiam pertinent, ſive majoris ſive minoris momenti; cætera omittenda duximus.

Quibuſdam placuit, in ſcriptoribus medii ævi edendis, omnes nævos et ſphalmata codicum MSS, quibus uſi ſunt, in editionibus ſuis retinere, eaque vel ſilentio prætermittere, vel in margine corrigere. Eandem legem in itinerario Worceſtriano invitus obſervavi cum impoſſibile fuerit crebras autoris hallucinationes mutare vel corrigere. In Simonis tamen itinerario, ſervatis autoris verbis receptam orthographiam ubique ſecutus ſum, utpote gratiorem lectoribus et commodatiorem.

Worceſtero fuerat A. D. MCCCCLXXIII. forte MCCCCLXIII. *Polyandrum Oxonienſium*, etc. Mſ. In quo opere viros illuſtres, academiam Oxon. altricem agnoſcentes, enumerat. Vide Twin. *Apol.* i. ii. § 144. *Varia aſtronomica*, etc. ſc. *ſtellas verificatas* pro A. C. MCCCCXL. ad inſtantiam Johannis Falſtoff, et duas tabulas de ſtellis fixis: Item *Abbreviationem tractatus Walteri Eveſham de motu octavæ ſphæræ*. Mſ. Laud. in bibl. Bodl. B. 23. In hoc etiam codice ſunt *Tabulæ* Alfonſi, etc. ſcriptæ manu ejus propria. *De agri Norfolcienſis familiis antiquis*, liber Mſ. in eodem agro aſſervatus tanquam cujuſvis pretii ceimelium. Sub ejus nomine olim Mſs. extabant penes Tho. Allen 58. *Variorum autorum defloraționes*. Idem liber nunc extat in bibl. Cotton. Julius, F. vii. Extant alia etiam ejuſdem opuſcula: Gul. Botoner *Regiſtratio ſeu excerptio verſuum proverbialium de libro Ovidii De arte amandi, De faſtis, et De epiſtolis*. Pr. "Si "quis in hoc artem populo." A. D. MCCCCLXII. Mſ. Cotton. Julius, F. vii. 5. *De ordinibus religioſorum diverſorum tam nomine quam habitu, compilatus de diverſis cronicis in civitate Lond.* ad complacentiam dom. Nicolai Ancrage, prioris S. Leonardi juxta Norwic. MCCCCLXV. Pr. "Ordo preſbyterorum "ſupremi." Ibid. F. vii. 40. *Collectanea de geſtis Johannis ducis Bedfordiæ, in Gallia regis Henrici* VI *vices gerentis*. Mſ. Lambeth. pergam. fol. xxvii. ded. regi Edwardo iv a filio hujus Gulielmi. Briſtoliæ vixit A. MCCCCXXXVIII. *Itinerar.* Apud Pokethorp in comit. Norf. degebat A. MCCCCLXIIII. Mſ. Laud. B. 23. annumque Domini MCCCCLXXX attigiſſe arbitror, A. Wood. Nonnulla enim in *Itinerario*

nerario ſuo obſervantur, quæ ſunt anni MCCCCLXXX. Mſ. Wharton. L. 107. in bibl. Lamb. Vide præfat. Hearnii ad *Librum nigrum Scacc.* § ix et x. ubi multa de Worceſtrio. In collegio Baliol. Oxon. libro Johannis Phreæ *De coſmographia* hæc præfiguntur: Ex dono venerabilis viri Will. Worceſtreenſis, quondam ſcholaris aulæ Cervinæ, de beneficiis domini Johannis Falſtoffe militis de Northfolcia, collegio Baliol. in Oxonia. Mſ. collegii Novi Oxon. CLXII hanc notam habet in principio: "Iſte liber pertinet "Will°. Wyrceſter de Caſtre prope Jermuth." *Hiſt. et Antiq. Oxon.* tom. ii. p. 346. Bal. viii. 27. Pitſ. 648. 861.

Itineraria excipit Tractatus ſingularis de Metro, exeunte ſeculo XV, ut videtur, ſcriptus, in quo traduntur regulæ a poetis medii ævi in verſibus ſuis Leoninis obſervatæ, quas non facile alibi reperies. Hunc curioſorum aſpectu haud indignum judicavimus, neque aliter ſenſerunt amici quidam eruditi, qui edendum ſuaſerunt. Si enim ſumma adhibeatur diligentia ut eorum, quæ ad ædificia cæteraque antiquitatis monumenta ſpectant, memoria conſervetur, majorem certe utilitatem ſimul et jucunditatem afferunt, quæ literas antiquas, variarumque ætatum poeſin illuſtrant.

SUB-

SUBSCRIBERS.

A.

LA Real Academia de la Hiſtoria Madrid
Rev. George Aſhby, B.D. F.A.S.
Rev. Harvey Aſpin, LL.B.
Sir Joſeph Ayloffe, Bart. F.R. & A.SS.

B.

Right Honourable Brownlow Lord Brownlow
Joſeph Banks, Eſq; F.R. & A.SS.
Rev. William Barford, D.D. Prebendary of Canterbury.
Rev. John Barnardiſton, D.D. Maſter of Corpus Chriſti College, Cambridge
Thomas Barret, Eſq;
Mr. William Barret
Honourable Daines Barrington, F.R. & A.SS.
Rev. Henry Bates, M.A.
Don Franciſco Perez Bayer, Archdeacon of Valencia, and Preceptor to their Royal Highneſſes the Infants of Spain
Rev. George Borlaſe, M.A. Fellow of St. Peter's College, Cambridge
Rev. John Bowles, M.A. F.A.S.
Rev. Edward Bradford, B.A. Fellow of C.C.C.C.
Guſtavus Brander, Eſq; F.R. & A.SS.

Jacob

SUBSCRIBERS.

Jacob Bryant, Eſq;
Rev. William Butts, M.A. Fellow of C. C. C. C.

C.

Right Honourable John Lord Carysfort, 2 Copies
Illuſtriſſimo Senor Don Pedro Rodriguez Camponanas del Conſejo y Camera de ſa Mageſtad Catolica, y ſa premier fiſcal
Rev. Henry Caſe, M.A.
Mr. George Catcot
John Chamber, Eſq; Barriſter at Law
John Claxton, Eſq; F.A.S.
Mr. Joſeph Cockfield
Rev. William Cole, M.A. F.A.S.
Scotch College at Valladolid by Rev. D. Geddes Rector
Engliſh College at Valladolid by Rev. Joſeph Shepherd, Rector
Rev. William Colman, B.D.
Rev. James Cremer, B.D. Fellow of C. C. C. C.
Rev. Mr. Crocherode
Richard Croftes, Eſq; Member of Parliament for the Univerſity of Cambridge
Rev. Thomas Crofts, M.A. F.R. & A. SS.
Mr. Cronk.
Rev. Sir John Cullum, Baronet

D.

Sir David Dalrymple
Rev. Dr. Dampier, late Dean of Durham
Henry Dawkins, Eſq; F.A.S.
Rev. Matthias D'Oyly, M.A. Prebendary of Ely.

Rev.

SUBSCRIBERS.

Rev. Thomas D'Oyly, M. A.
Francis D'Oyly, Eſq;
Rev. William Drake, M. A. F. R. & A. SS.
Matthew Duane, Eſq; F. R. & A. SS.
Andrew Coltee Ducarell, LL. D. F. R. & A. SS.

E.

Honourable Mr. Egerton

F.

Rev. Richard Farmer, D. D. F. A. S. Maſter of Emanuel College, Cambridge
John Fenn, Eſq;
Allayne Fitzherbert, Eſq;
Edward Forſter, Eſq;
Rev. Benjamin Forſter, B. D.
John Frere, Eſq; F. R. & A. SS.
Rev. William Fryer, Valladolid

G.

His Excellency Thomas Lord Grantham, Ambaſſador at Madrid
Robert Glynn Clobery, M. D. Fellow of King's College, Cambridge
Rev. John Gooch, D. D. Prebendary of Ely
Rev. John Gordon, D. D. Precentor of the Church of Lincoln
Richard Gough, Eſq; F. A. S. 2 Copies

H.

Right Honourable Philip Earl of Hardwicke, F. R. & A. SS.

Honou-

SUBSCRIBERS.

Honourable Sir William Hamilton, Knight of the Bath, F. R. & A. SS.
Rev. John Haggard, M. A.
Mr. William Henry Haggard, Student of Emanuel College, Cambridge
Edward Haiſtwell, Eſq; F.A.S.
Rev. Horace Hamond, D.D. Prebendary of Norwich
Rev. Richard Hamond, M. A.
Mr. Horace Hamond, Student of C. C. C. C.
James Harris, Eſq;
Rev. Benjamin Heath, D. D. F. A. S.
William Heberden, M.D. F.R. & A.SS.
Rev. Mr. Heberden, Fellow of St. John's College, Cambridge
Rev. William Hendry, M. A.
Rev. Samuel Henley
Mr. Joſeph Hertford
Rev. Thomas Heſlop, B. A. Fellow of C. C. C. C.
Rev. Thomas Hewitt, B. A. Fellow of C. C. C. C.
Rev. Richard Humfrey, M. A. Fellow of C.C.C.C.
William Hunter, M. D. F. R. & A. SS.

J.

David Jenks, B. A. of Corpus Chriſti College, Cambridge

K.

Edward King, Eſq; F. R. & A. SS.

L.

William Leigh, Eſq; Fellow-commoner of C.C.C.C.
Rev. Thomas Lemon, M. A.

Royal

SUBSCRIBERS.

Royal Library of the Eſcurial
Trinity-college Library, Cambridge
Briſtol Society Library
John Lloyd, Eſq; F.R. & A.SS.
Rev. Michael Lort, B.D. F.R. & A.SS.
Richard Lytton, Eſq; F.R.S.

M.

Right Honourable Lord Viſcount Malden
Don Auguſtin Madan, King's Profeſſor of Hebrew at Madrid
Thomas Mantell, B.A. of Corpus Chriſti College, Cambridge
Mr. Maſon, Student of Emanuel College, Cambridge
William Metcalfe, Eſq;
James Metcalfe, Eſq;
Rev. Jeremiah Milles, D.D. Dean of Exeter, and Preſident of the Antiquarian Society
Rev. Mr. Milward

N.

Rev. Treadway Naſh, D.D. F.A.S.

P.

Thomas Pennant, Eſq;
John Pettiward, Eſq; Fellow-commoner of Trinity College, Cambridge
Rev. Thomas Purvis, M.A.

R.

Honourable Frederick Robinſon, Secretary to the Embaſſy at Madrid

Rev.

SUBSCRIBERS.

Rev. Mr. Rennel, Fellow of King's College, Cambridge
Rev. Mr. Robbins
Barham Ruſhbroke, Eſq; Barriſter at Law

S.

Rev. Mr. St. Aubyn
Rev. John Salmon
Rev. Benjamin Wymberley Salmon
Mr. Sampſon, Student of Emanuel College, Cambridge
Don Antonio de Sancha, 3 Copies
Rev. Peter Sandiford, M. A. Fellow of C. C. C. C.
Rev. Charles Sandiford, M. A. Fellow of Trinity Hall, Cambridge
D. C. Solander, D. M. F. R. S.
James Stephens, Eſq;
Anthony Storer, Eſq;
Mr. Thomas Strong, F. A. S.

T.

William Taylor, B. A. of C. C. C. C.
Rev. Edward Thomas, M. A. F. R. & A. SS.
Rev. Clement Tookie, M. A.
James Trotter, B. A. of C. C. C. C.
Thomas Tyrrwhyt, Eſq;
Rev. Michael Tyſon, B. D. Fellow of C. C. C. C.

W.

Honourable Horace Walpole, F. R. S.
Rev. Robert Darby Waddilove, F. A. S. Chaplain to the Embaſſy at Madrid

Rev.

SUBSCRIBERS.

Rev. Job Wallace, M. A. Fellow of C. C. C. C.
Rev. Edward Walſby, M. A. Fellow of C. C. C. C.
Richard Warren, M. D. F. R. & A. SS. Phyſician to the King
Rev. Thomas Wharton, B. D. Fellow of Trinity College, Oxford
Thomas White, Eſq; F. R. S.
Rev. Stephen Whiſſon, B. D. Fellow of Trinity College, Cambridge
Rev. John White, M. A.
John Wightwich, Eſq; F. A. S.
Ralph Willet, Eſq; F. R. & A. SS.
Francis Woodward, M. D.
Daniel Wray, Eſq; F. R. & A. SS.
Rev. Thomas Young, D. D. F. A. S. Prebendary of Weſtminſter

ITINE-

ITINERARIUM
SYMONIS SIMEONIS,
ET
HUGONIS ILLUMINATORIS
AD
TERRAM SANCTAM.

1322

Ex Cod. MS. in bibliotheca Coll. Corp. Christi Cant. N°. 407.

ITINERARIUM SYMONIS SIMEONIS ET HUGONIS ILLUMINATORIS.

CULMINE honoris ſpreto, ac aliis noxiis morarum diſpendiis totaliter ſublatis, quæ ſolent compedem aggravare et impedimenta afferre, egredi cum idea devotionis ad meditandum cum Yſaac in agro, et de ſolo nativo et paterna domo, ut olim Abraham ille inter patriarchas opulentiſſimus, et nudum Chriſtum in camino paupertatis ſequi deſiderare volentibus, et in ſtadio devotiſſimæ perigrinationis terræ ſanctæ religioſe ac aſaelice currere atque diſcurrere cupientibus: de Hybernia profecti ſumus, fratres amoris bitumine in Chriſto conſtricti, Symon Simeonis, Hugo illuminator, ordinis fratrum minorum profeſſores, ſeraphicis inflati ardoribus verſus terram ſanctam; quam ſingularis reginæ filius Chriſtus Jeſus, qui de alto polorum deſcendit ad ima pro peccatoribus redimendis, propriis pedibus calcavit; iter XVII. kal. Apr. arripientes, celebrato capitulo provinciali apud Clen... in feſto beatiſſimi patris noſtri Franciſci, anno domini mileſimo CCCXXII, quo anno celebratum eſt paſcha in VI, kal. Apr.

Navigavimus mare hybernicum ferociſſimum atque periculoſiſſimum, et venimus caſtrum . . . xblis, quod eſt in principatu Walliæ; et inde per terram recedentes, tranſivimus per Beaumareys, Coneway, . . . oreland, Flynt, caſtra munitiſſima et inexpugnabilia, bellicis apparatibus excellenter inter omnia mundi caſtra ornata, atque quæ ſunt in eodem principatu, cujus princeps eſt catulus leonis, dominus rex Angliæ; ipſe enim eſt rex Angliæ, dominus Hyberniæ et Scotiæ, dux Aquitaniæ, princeps Walliæ et multarum aliarum inſularum nobiliſſimarum; ipſe enim abundat in navibus ſuper omnes reges totius chriſtianitatis, et ideo in mari oceano ſolus regnat et omnibus dominatur, cæteris prætermiſſis, quæ ad alias dignitates ejus regias pertinent, et ſilentio commendatis.

Venimus civitatem nomine Ceſtriam in cena domini, quæ eſt in provincia Angliæ, ubi eſt portus generalis, ad quem confluunt continue naves Hyberniæ; et inde celebrato devote feſto ſanctæ paſchæ, tranſeuntes per Staffordiam et Lichefeldiam caſtrum, in quo eſt eccleſia gratioſiſſima in honore Beati Ceddæ epiſcopi et confeſſoris, quæ eſt miræ pulchritudinis, turribus lapideis ſive campanilibus altiſſimis, picturis, ſculpturis, et aliis eccleſiaſticis apparatibus excellenter ornata atque decorata, et per Coventreſtiam mercatoribus cariſſimam et multum utilem, Dunſtaple, S. Albanum, ubi eſt monaſterium nigrorum monachorum in ejuſdem ſancti nomine conſtructum, venimus Londoniam civitatem, quæ eſt inclitiſſima et opulentiſſima et inter omnes civitates quæ ſolis ambitu continentur. Ad ipſam continue fluit atque refluit utique mare per flumen famoſum nomine Tamyſam, ultra quem eſt

pons

pons ille inhabitantibus et divitiis plenus, in cujus medio eſt eccleſia Beati Thomæ archiepiſcopi et martiris, continue bene officiata. Circa medium ipſius civitatis eſt eccleſia Beati Pauli apoſtoli, miræ magnitudinis; in cujus medio eſt campanile illud famoſiſſimum et incomparabili dignitate coronatum, quum habet in altudine pedes, ut aſſeritur, quingentos: et in eadem eccleſia ad orientem eſt capella Beatæ Virginis imperialiſſima, in qua quotidie miſſarum ſolempniis veneratur, ubi jubilantes anglici ſive angelici, Lumbardorum clamantium atque Teutonicorum ululantium harmonia reciſa, notulas geminant philomenicas et cherubricos concentus Mariæ perſonant atque tripudioſos. Et in fine ejuſdem civitatis verſus mare eſt caſtrum famoſiſſimum et inexpugnabile, duplici muro, foſſatis ampliſſimis, aquarum abiſſis ac aliis bellicis apparatibus circumdatum; in cujus medio eſt illa turris famoſiſſima, quæ turris Londoniæ nuncupatur, ex lapidibus quadratis et ſectis mira altitudine erecta, et ineſtimabili firmitate conſtructa. Et in eadem civitate extra muros ad aliud caput civitatis eſt monaſterium nigrorum monachorum nomine Weſtmonaſterium; in quo communiter omnes reges Angliæ ſepeliuntur, inter quos jacet corpus bonæ memoriæ domini Edwardi machabeiſſimi anglorum regis, qui cum Sancto Ludowico francorum rege chriſtianiſſimo cum manu bellica ad terram Sarracenorum transfretavit: ubi ſunt duæ campanæ, quæ inter omnes mundi campanas primatem obtinent in magnitudine et in ſono admirabili. Et eidem monaſterio quaſi immediate conjungitur illud famoſiſſimum palatium regum Anglorum; in quo eſt illa vulgata

camera, in cujus parietibus ſunt omnes hiſtoriæ bellicæ totius bibliæ ineffabiliter depictæ, atque in gallico completiſſime et perfectiſſime communiter conſcriptæ, in non modica intuentium admiratione et maxima regali magnificentia.

Et inde poſt dies aliquot recedentes, tranſivimus per caſtrum nomine Rouceſtriam, et venimus civitatem Cantuariæ, in qua eſt pretioſiſſimum corpus Beati Thomæ archiepiſcopi et martiris, qui per univerſa mundi climata a clero dignis preconiis veneratur; quod eſt in monaſterio nigrorum monachorum, ſub capſa ex auro puriſſimo fabrefacta, et lapidibus pretioſis innumerabilibus, margaritis nitentibus velut porta Jeruſalem, ac gemmis coruſcantibus ornata, ac etiam imperiali diademate coronata; cui omnibus penſatis non eſt ſub globo lunari ſimilis alibi ſecundum incolarum aſſertionem: et in eadem eccleſia in parte boreali jacet corpus beatæ memoriæ domini, fratris Johannis de Pecham, de ordine fratrum minorum, theologiæ doctoris, et ipſius civitatis archiepiſcopi, necnon totius Angliæ primatis; cujus vita ſanctitate miraculorum inclita comprobatur, et ipſius pectoris profunditas ac ingenii capacitas librorum multitudine ab ipſo editorum luculenter demonſtrantur. In eadem civitate in alio monaſterio monachorum nigrorum jacet inter alia ſanctorum corpora et ſanctarum corpus Beati Auguſtini epiſcopi, qui gentem anglicanam ad fidem catholicam convertebat, et eam eccleſiæ romanæ pedibus ſubjugavit. Hoc autem eſt ſciendum, quod hic non eſt Auguſtinus doctor et malleus hereticorum, qui ipſe jacet in Lumbardia, Papienſi civitate, quæ diſtat a civitate Mediolanenſi per xx miliaria.

Et

Et inde reverenter ſanctorum viſitatis reliquiis, pergentes venimus caſtrum nomine Dovariam famoſiſſimum, tribus foſſatis, precipitiis terribilibus, ac aliis bellicis apparatibus excellenter bene munitum, et in cacumine montis ſitum: ad cujus pedes eſt monaſterium nigrorum monachorum, ubi jacet corpus Beati Thomæ monachi et martiris, gallicis manibus martirizati: ibique eſt portus generalis, de quo per mare tranſitur de Anglia ad regnum Franciæ, quod eſt ſtrictum et ſatis habile ad navigandum.

Et inde navigio proficiſcentes venimus portum generalem nomine Wytſondiam, qui eſt in regno regis pacifici, videlicet regis Franciæ. Et inde greſſus dirigentes per caſtrum, ubi eſt monaſterium, in quo eſt imago beatæ virginis, quæ ab univerſis dignis preconiis veneratur, et vulgaribus noſtre dame de Bolonye nuncupatur, et per caſtrum munitiſſimum nomine Moſtrel, venimus civitatem Abranenſem, ubi eccleſia miræ magnitudinis altitudinis et pulchritudinis in honore virginis glorioſæ fabricata conſiſtit; in qua vidimus inter alias ſanctorum et ſanctarum pretioſiſſimas reliquias caput Johannis Baptiſtæ; et in eadem civitate eſt porta illa, per quam tranſiens Beatus Martinus partem chlamidis ſuæ pauperi clementer erogavit. Et inde proficiſcentes per Belvacenſem civitatem venimus Sanctum Dyoniſium, ubi in ejus nomine nigrorum monachorum monaſterium ſolemne habetur conſtitutum; in quo communiter omnes reges Franciæ ſepeliuntur; in quorum eccleſia inter ſacras alias reliquias vidimus unum clavum de illis, quibus erat dominus crucis patibulo manibus militaribus affixus. Et inde proficiſcentes venimus civitatem inclitam Paryſienſem,

ſienſem, quæ eſt populoſiſſima inter omnes civitates quæ fidem chriſtianam confitentur, et omnibus bonis opulentiſſima, excellenter bene murata lapidibus vivis et ſectis, turribus altis ac bellicis decenciis egregie munita, et multitudine monachorum et eccleſiarum velut prædicta civitas Lundonia miro modo bene dotata, et eorum turrium ac campanilium altitudine necnon et aliis eccleſiaſticis excellentiis glorioſiſſime ornata atque pulchrificata. In ipſa namque civitate ſumme viget ſcientia theologica et philoſophica, quum ipſarum nutrix eſt, et aliarum artium liberalium mater, et magiſtra juſtitiæ, utique libera morum norma, et breviter omnium virtutum moralium atque theologicarum ſpeculum et lucerna. Ad ipſam currit et ille fluvius famoſiſſimus nomine Segana, et qui, per ipſius medium tranſiens, inſulam facit oblongam, in qua erigens citra illa vulgata eccleſia ex lapidibus ſectis et ſculptis in honore virginis Mariæ conſtructa conſiſtit, cujus portæ occidentales nimia varietate ſculpturarum atque turrium altitudine decorantur. In ipſa etiam inſula eſt illud regis Francorum excellens palatium, in quo eſt illa pulcherrima atque famoſa capella biblicis hiſtoriis mirabiliter ornata; in qua ſunt pretioſiſſimæ reliquiæ, videlicet corona domini ſpinea integra et incorrupta, magna et glorioſa crux de ligno ſanctæ crucis ſalutiferæ, duo clavi quibus erat dominus cruci conclavatus, lancea ut dicitur militis Longini, qua apertum fuit latus ejuſdem de quo exivit ſanguis et aqua teſtante Johanne evangeliſta, lac de mamilla glorioſæ virginis, de capillis ejuſdem, et multæ aliæ nobiles ac venerabiles ſanctorum et ſanctarum reliquiæ; quæ omnes a prædicto rege ſingulari diligentia reverenter cuſtodiuntur.

Et

Et inde, devote viſitatis reliquiis, greſſus dirigentes per Pinum et Trogam civitates, venimus civitatem Caſtellionenſem, ; atque inde non valentes, per Dinonam Salivam Loſanam civitates Burgundiæ, Lombardiam rectam viam tenere, propter guerram Mediolanenſem, quam habebat cum eccleſia et rege Jeruſalem et Ceciliæ videlicet Roberto, declinavimus verſus Duymonem, ad levam Dunonem emittentes, et per Geum venimus Gabilonem; et inde navigantes per Sagonem fluvium ingentem et famoſum, navigavimus civitatem Lugdunenſem, ubi unitur Sagona cum Rodano, in qua dominus Gregorius decimus celebravit concilium illud Lugdunenſe famoſum. Et inde properantes per Rodanum navigavimus civitatem Valenciæ; ubi in eccleſia fratrum minorum corpora jacent fratrum ejuſdem ordinis Mellani de Conflent inquiſitoris hereticæ pravitatis, Paſchaſii de Saliente, qui in provincia Burgundiæ inter Triſtam et Valentiam apud Montpelium in clauſtro nigrorum monachorum de nocte ſolemniter tempore pacis ſingulari privilegio martirii palmam per manus Patrinorum ſeu hereticorum adepti ſunt, quos proximo precedenti videlicet x. non. Martii in eccleſia publice prædictus inquiſitor ſpreto mortis precipitio et fidei habitaculo jaculis evangelicis intrepide feriebat, anno domini mileſſimo CCCXXI. Et inde, viſitatis devote ſanctorum reliquiis, navigavimus per Rodonum recedentes civitatem Vionenſem, in qua præfuit venerabilis pater Sanctus Mentenius, qui ſolemnes ante aſcenſionem domini inſtituit letanias. Et inde navigio per Rodonum recedentes, venimus Sanctum Spiritum, ubi eſt ille lapideus pons famoſus ultra

Rodonum

Rodonum dimidium in longitudine habens miliaris, cujus altitudinem et ipſius arcuum latitudinem omnes tranſeuntes ſumme admirantur. Et inde per Rodonum navigantes venimus civitatem Arelatenſem, ubi beatus Franciſcus Antonio Patuanorum advocato in fratrum capitulo prædicante apparuit. Hoc autem eſt ſciendum, quod per multa caſtra opulentiſſima ſuper Rodonum ſita tranſivimus, quorum nomina non ſunt ſcripta in libro hoc, quæ multarum regionum aliarum civitatibus non immerito poſſunt comparari. Et inde per terram tranſeuntes venimus Salenam caſtrum; et inde proficiſcentes venimus Marcilienſem civitatem, in qua requieſcit ſanctiſſimum corpus Beati Ludowici epiſcopi et confeſſoris, ordine fratrum minorum profeſſoris, et filii regis Ciciliæ et germani prædicti regis Jeruſalem, ubi in ejus nomine eccleſia glorioſa fabricata conſiſtit: ipſius etiam civitatis olim fuit epiſcopus Sanctus Lazarus a domino in Bethania reſuſcitatus, prædictæ Marthæ germanus.

Et inde properantes per Dargymiam, Sanctum Maximum, Bigaloras caſtrum, venimus Niceam civitatem, in qua olim fuit illud ſolemne concilium Nicenum celebratum, cui interfuiſſe Beatus Nicholaus aſſeritur; et per mare navigantes venimus civitatem Ravenſem inclitam, excellenter bellicis apparatibus munitam, extra quam jacet corpus venerabilis Bedæ preſbiteri; ipſa ſiquidem eſt inter omnes mundi civitates famoſiſſima potentiſſima victorioſiſſima, et ſignanter in mari, quum in navibus miræ magnitudinis et galeys armatis ſumme abundat, et nautarum nutrix eſt et magiſtra. Hic namque eſt dotata illa imperialiſſima riparia, in conſpectu pulcherrima, quæ in olivis

olivis ſpecioſiſſimis et aliis arboribus fructiferis eſt mirabiliter inſignita, et caſtris palatiis divitiis aliiſque imperialibus decenciis incomparabiliter ornata atque pulchrificata. Et inde proficiſcentes per abrupta montium concava vallium denſitates nemorum multitudinem malandrinorum venimus caſtrum nomine Bobinet, ubi vidimus unam hydriam lapideam de illis ſex poſitis in nuptiis, ubi dominus convertit aquam in vinum, in monaſterio monachorum, in quo requieſcit corpus Beati Columbani abbatis hibernici. Et inde proficiſcentes per Placentiam Paxinam Mantuam Veronam Vicentiam, civitates Lombardiæ munitiſſimas, in quibus requieſcunt multa ſanctorum et ſanctarum corpora, venimus Paduam, civitatem ingentem et bene munitam, in qua jacet corpus Beati Antonini confeſſoris de ordine fratrum minorum, ubi in ejus nomine eccleſia miræ magnitudinis et firmitatis fabricata conſiſtit.

Et inde navigio recedentes venimus vigilia apoſtolorum Petri et Pauli civitatem Venetiarum inclitam et famoſam, quæ quamvis ſit totaliter in mari ſita, tamen nomine ſuæ pulchritudinis et munditiæ merito inter arcturi ſidera et micantes pleiades poſſit collocari; ipſa namque diſtat a terra firma per 2 milliaria, et habet bareryas, quoad unam partem communiter de lateribus coctis pavimentatas, quoad duas partes navigabiles, per quos fluit et refluit mare continue abſque fatigatione. In ipſa ſiquidem requieſcunt corpora ſanctorum, quorum ſunt integra et incorrupta, Marcæ evangeliſtæ, Zachariæ prophetæ et patris Sancti Johannis baptiſtæ, cujus os eſt apertum uſque hodie, Gregorii Nazareni, Theodorii martiris, et

ſanct-

ſanctarum virginum, Luciæ virginis et martiris, Marinæ virginis, et aliorum plurium martirum confeſſorum atque ſanctarum virginum. In honore autem prædicti evangeliſtæ eſt eccleſia ſumptuoſiſſima, et incomparabiliter lapidibus marmoreis ac aliis pretioſiſſimis conſtructa, et biblicis hiſtoriis opere moſaico excellenter ornata atque fabrificata; ex cujus oppoſito eſt illa vulgata platea, cui omnibus penſatis nullibi ſibi reperitur ſimilis. Et huic eccleſiæ quaſi immediate conjungitur illud famoſum palatium ducis Venatorum, in quo continue ad ipſius gloriam et civium magnificentiam leones vivi nutriuntur. Et ex oppoſito illius etiam palatii juxta portum ſunt duæ columpnæ rotundæ marmoreæ, magnæ et altæ, in quarum altera ſummitate ad ipſius etiam magnificentiam eſt leonis forma in auro reſplendens ſicut Diana ſive ſtella nautica; et in porta occidentali ejuſdem eccleſiæ ſunt duo equi cuprei conſimiliter per omnia relucentes. Et extra illam civitatem, in inſula quadam juxta portum, in monaſterio monachorum requieſcit corpus Beati Nicholai epiſcopi et confeſſoris.

Et inde, devote ſanctorum reliquiis viſitatis, feria v^ta^ infra octavas aſſumptionis virginis glorioſæ recedentes, navigavimus Spolam civitatem, quæ eſt in provincia Liſtriæ et Venetis ſubjecta; ubi eſt portus pulcherrimus et pro omni vento tutiſſimus. Et inde per duos dies navigavimus Jataiam, civitatem opulentiſſimam et bene munitam, in qua requieſcit corpus Beati Gregorii martiris, quæ diſtat a Venetiis per CCC miliaria, et eſt in provincia Dalmathiæ, in qua et Veneti dominantur; ubi mulieres mirabiliter ornantur, quædam enim portant in capite ornamentum cornutum

tum velut bubones, quædam oblongum et quadratum, quædam ingens et ſphericum, et in parte anteriori lapidibus pretioſis ornatum, elevatum et ad grandinum impetus ac ventorum in procellis et imbrium ſpiculorumque ſolis intercipiendos et ſicut ſcutum repellendos: et ut aſſeritur tot inſulæ ſuo dominio ſubjacent, quot in anno dies reperiuntur. Et inde tranſeuntes per duo caſtra Venetorum, videlicet Alyſnam et Curſulam, navigavimus et Agulyam civitatem opulentiſſimam, turribus altis ac aliis bellicis ornamentis bene et decenter firmatam; quæ eſt in provincia Dalmachiæ, et diſtat a Iachara per CC miliaria; in eadem dominantur Veneti, et ad eam confluunt Sclavi Barbari Paterini et alii ſchiſmatici negotiatores, qui ſunt geſtu habitu et lingua Latinis in omnibus deformes: Sclavi enim ſunt Boemys in lingua multum conformes, et eorum multi in ritu difformes; quia Boemy Latinorum utuntur ritu, Sclavorum multi Græcorum. Ipſius civitatis moneta eſt erea ſeu cuprea, carens imagine et ſuperſcriptione, cujus denarii triginta valent unum venetum groſſum, et unus venetus groſſus unum ſterlingum cum obolo: et notandum quod ſicut in iſta ſic in duabus aliis civitatibus immediate præſcriptis currunt bagatiny ſicut Venetis et tantum valent. In ipſa ſiquidem dicitur eſſe caput Sancti Blaſii martiris; et in ea falcones innumerabiles et multarum aliarum avium nobiliſſimarum genera reperiuntur, et pro ſatis vili foro comparantur ac etiam venduntur. Ipſius civitatis caſtrum eſt ſupra civitatem ſitum in rupe fortiſſima, et pro majori parte mari profundiſſimo circumdatum, et precipitiis terribilibus bene munitum.

Et

Et inde poſt dies aliquot recedentes, tranſivimus per Duleynam civitatem, quæ eſt regis Caſſiæ, et navigavimus Durachiam, civitatem olim famoſam et in mari et in terrâ potentem, et imperatori græcorum ſubjectam, nunc autem principi Romaniæ fratri regis Jeruſalem prædicti, quæ eſt in provincia Albaniæ; ubi ſciendum quod Albania eſt provincia inter Sclavoniam et Romaniam, per ſe linguam habens, quam nuper prædictus rex Kaſſiæ ſchiſmaticus ſuo dominio ſubjugavit. Ipſi enim Albanenſes ſchiſmatici ſunt, græcorum utentes ritu, et eiſdem habitu et geſtu in omnibus conformes; nam græci raro vel nunquam utuntur caputio ſed capello albo, quaſi plano in parte anteriori humiliato et in poſteriori elevato, ut eorum crines intuentium oculis luculentius appareant; quia in crinium longitudine et pulchritudine ſumme gloriantur. Sclavi vero, de quibus ſuperius dictum eſt, tantum capello albo oblongo et rotundo, cujus ſummitati nobiles pennam longam figunt, qua facilius a ruſticis et villanis diſtingui queunt atque cognoſci. Ipſa autem civitas eſt in murorum ambitu ampliſſima, et in edificiis vilis et exigua, quia quondam terræ motu fuerat funditus everſa, et in ejus everſione ditiſſimi ejus cives et inhabitatores propriis palatiis oppreſſi fuerant, ut dicitur bene XXIIII millia, et mortui ſunt: nunc autem in populo eſt ſterilis, qui eſt ritu et habitu et lingua diviſus, habitatur enim latinis græcis judæis perfidis et barbaris albanenſibus; apud quos currunt turonenſes parvi, e quibus XI valent unum venetum groſſum, et currunt tantum valentes per totam Romaniam; et diſtat a Raguſa per CC miliaria. Et inde flantibus ſecundis ventis tranſeuntes per

Belonam

Belonam caſtrum imperatoris græcorum, per Corſu inſulam, in qua eſt civitas nomine Corfu regis Jeruſalem præfati, quæ diſtat a Durachia per CC miliaria, et per Lucatam civitatem, Theſaloniam, Jacinctum inſulas, et per Clarentiam civitatem regis memorati, quæ diſtat a Corſu per CC miliaria, cujus capitaneus eſt dominus Nicolaus de Genenillas, cujus caſtrum ſitum eſt ſupra civitatem in monte quaſi a civitate diſtante per 5 miliaria, et per Belveres caſtrum principis Romaniæ, et per Archariam Jonhil caſtra ejuſdem, navigavimus Montanam civitatem Venetorum, cui ſubſunt multi græci ſicut cæteris civitatibus eorundem per totam Romaniam, quæ diſtat a Clarencia per C miliaria.

Et inde recedentes navigavimus per Cornu caſtrum Venetorum et per Maynam, Companum caſtrum imperatoris græcorum, et per portum de Quayl, ubi tot conturnices ſive quaylis reperiuntur, quæ communiter XVIII pro uno veneto groſſo venduntur. Et venimus Cyngum, inſulam Nicholai Vener civis Venetiarum, in qua habet caſtrum fortiſſimum, quod eſt in montis cacumine ſitum, præcipitiis atque rupibus terribilibus undique vallatum; et ad meridiem habet portum profundiſſimum, et pro omni vento tutiſſimum. Et inde tranſeuntes per inſulam Cretenſem, de qua dicit poeta,

Primus Creteis Saturnus venit ab oris;

in qua primo nobis occurrebat caſtrum nomine Conteryn, quod diſtat a Montana civitate per CCLX miliaria. Et inde proficiſcentes pedibus, venimus per Caneam caſtrum nemore cipreſſino glorioſe ac magnifice dotatum, in quo miræ magnitudinis arbores inveniuntur, quæ ſua altitudine turrium ac campanilium,

velut

velut cedrus Libani, altitudinem excedunt, quæ eccleſiarum atque imperatorum palatiis ſunt aptiſſimæ, ſua impenetrabili ſoliditate, et ut aſſeritur oneri nunquam cedunt, ſed in ſua remanent inflexibili firmitate; ubi minores ſicut cæteri ibidem degentes ligna ſechym ſive cypreſſina communiter comburunt, et locum de ipſis quaſi totaliter habent conſtructum; ubi eorum tanta eſt redolentia, quod non aliud videtur niſi paradiſus dei et opus pigmentarii.

Et inde per Byohorn, Retynum, Milopotomum caſtrum, navigavimus Candiam civitatem muro fortiſſimo circumcinctam, turribus atque aliis bellicis apparatibus decoratam, quæ diſtat a caſtro Conteryn per CC et XXX miliaria. Et in ea Veneti ſicut in tota inſula pacifice dominantur, græcis ſubjugatis et libertatis privilegio privatis. Inhabitatur enim latinis græcis et judæis perfidis, quibus præeſt dux civitatis, qui duci inclito Venetiarum ſubjacet: ubi latinorum mulieres velut Januencium auro margaritis nitentibus ac aliis gemmis coruſcantibus communiter ornantur; et quum illarum aliqua viro ſemel ſuo eſt orbata, raro vel nunquam traditur nuptui, nec veſte nuptiali ornatur, ſed velo nigro et viduali, nec cum viro incedit, nec gradum in eccleſiis nec alibi cum ipſis poſſidet, ſed ſemper facie velata et ſingultibus plena loca ſolitaria ubique petit, et hominum velut ſerpentium corſortia vitare non deſiſtit. Judæorum vero et græcorum mulieres ibidem ornatum habent valde ſingularem, quia quædam ſuppelliciis velut latinorum clerici chorales induuntur; quædam vero capis abſque caputiis laminis aureis in parte interiore diligenter ac curioſe ornatis, quaſi canonici a remotis induuntur in

ſolem-

ſolemnioribus feſtivitatibus clauſtrales proceſſiones devote facientes, cum quibus in aures portant indifferenter et in illis ſummo' gloriantur. Ipſa utique civitas prædictarum regionum civitatibus, videlicet Liſtriæ Albaniæ Romaniæ per quas tranſivimus, eſt vino excellentiſſimo et caſeo abundantior, fructibus fecundior; quum in ipſa abundat vinum illud famoſum Cretenſe, quod per univerſum mundum portatur, et in ipſa naves et galeæ caſeo onuſtantur, et etiam mala granata, poma citrina, ficus, uvæ, papiniones, languriæ, cucurbitæ, et aliorum multorum nobiliſſimorum genera fructuum in ipſa minimo pretio comparantur: quæ quamvis ſit in aſpectu navigantibus pulchra, barerias tamen habet viles immundas ſtrictas anguloſas et in viliſſimo pavimentatas; cujus honor ac magnificentia in galearum navium ac equorum multitudine conſiſtit. In ipſa dicitur eſſe corpus beati Titi epiſcopi, Pauli diſcipuli et Cretenſium patroni, de quo in epiſtolis Pauli et actubus apoſtolorum mentio ſæpe habetur. Ubi vidimus epiſcopum de ordine fratrum minorum, qui prius judæus extiterat; ibidem et vidimus gentem extra civitatem ritu græcorum utentem, et de genere Chaym ſe eſſe aſſerentem, quæ raro vel nunquam in loco aliquo moratur ultra xxx dies, ſed ſemper velut a deo maledicta vaga et profuga poſt xxx^{m} diem de campo in campum cum tentoriis parvis oblongis nigris et humilibus ad modum Arabum, et de caverna in cavernam diſcurrit; quia locus ab eis inhabitatus poſt dictum terminum efficitur plenus vermibus et aliis immunditiis, cum quibus impoſſibile eſt cohabitare. Hic autem ſciendum, quod prædicta inſula eſt oblonga et montibus altiſſimis

plena; inter quos eſt unus mons inexpugnabilis, in cujus ſummitate eſt una planities, ad quam tantum eſt unica via ſtricta et quaſi immeabilis, in qua ſtant ad minus X milia græcorum; ubi omnia quæ uſui humano ſunt neceſſaria reperiuntur, ſale et ferro exceptis; in quo dominatur quidam græcus nomine Alexius, qui inter omnes mundi dominos, terram ſingulari munitione poſſidet. Item notandum, quod dicta inſula habet in ambitu quingenta miliaria ſecundum marinarios inſulas maris deſcribentes. Hic autem eſt ſciendum quod hæ prædictarum regionum civitates, videlicet Sclavoniæ &c, ſunt fertiles et bellicis munitionibus bene ornatæ, tamen ad civitates Italiæ prænominatas parvæ ſunt et exiles.

De prædicta autem civitate recedentes die lunæ infra octavas Sancti Franciſci, navigavimus per inſulam Schalpyn, et venimus civitatem famoſiſſimam Alexandriæ et mercatoribus cunctis amplexabilem, in feſto Sancti Calixti papæ et martiris; quæ eſt in terra Egypti, quæ diſtat a Candia per quingenta miliaria; extra quam ad unum miliare fuit ſolemniter martirizatus beatus Marca evangeliſta Venetiarum advocatus; et infra quam, ubi ſunt nunc duæ columnæ lapideæ rubeæ longæ et magnæ, inter quas nunc eſt ſtrata publica; ubi martirizata fuit glorioſa virgo Katerina, qui locus in nullo honore habetur, cujus corpus fuit inde angelicis manibus portatum uſque ad montem Sinai, qui diſtat a præfata civitate per XIII dietas magnas ſecundum incolarum aſſertionem. Ubi nobis portum intrantibus ſtatim, ſicut conſuetudinis eſt, Saraceni portus cuſtodes nobis navigio occurrerunt, et ſine intermiſſione navem noſtram aſcendentes, velum ejus abſtulerunt, et nomina

noſtra

noſtra et nomina omnium in ea exiſtentium ſcripſerunt; et ſcrutatis diligenter omnibus mercimoniis ac aliis bonis, quibus erat onuſta, et in ſcriptis redactis, reverſi ſunt ad civitatem ſecum nos ducentes, duobus cuſtodibus ſive ſpeculatoribus in navi dimiſſis, et infra primam et ſecundam portam ipſius collocantes, ad civitatis admiraldum (ſine cujus licentia et preſentia nullus ingreditur forenſis nec egreditur, nec intra bona portantur) quæ facta ſunt nunciaturi abierunt. Prædicti autem cuſtodes non de navi receſſerunt quouſque fuerat totaliter exonerata; et hi fecerunt, et ſemper in qualibet navi faciunt cuſtodes, aliqua bona inveniri, quæ prius non fuerant in ſcriptis redacta, quia de omnibus in navi inventis et in ſcriptis redactis, admiraldus totum certum tributum [habet] et finaliter de ipſo reddere tenetur Soldano rationem.

Qui cum ab eis rem geſtam diligenter didiciſſet, ſtatim Soldano, ut moris eſt, per columbam ſignificare non poſtpoſuit. Sciendum eſt, quod in Alexandria ſemper apud admiraldum, ſicut in civitatibus maritimis Soldani, ſunt columbæ domeſticæ, quæ nutriuntur in caſtro ipſius Del Kayer in quo quaſi continue morantur, et per eorum vectores vel alios curſores ad prædictas civitates inceſſanter in gabiis portantur; et quum volunt aliquid Soldano de adventu chriſtianorum ſeu de aliquo denunciare, columbam dimittunt abire, literam ſub cauda ejus ligantes, quæ nunquam quieſcit quouſque ad caſtrum unde portata fuerit reverſa; et ſic nutritæ in caſtris portantur ad civitates, ita e contra; et ſic per columbas ſcit Soldanus quaſi omni die quicquid notabile fit per totum regnum ſuum, ita et ejus admiraldi quæ ipſe ſit facturus.

Inter præfatas vero portas fuimus a tranſeuntibus pro nomine Jeſu conſputi, lapidibus percuſſi, et aliis contumeliis et obprobriis a mane uſque ad horam ſextam ſaturati: vero circa horam ſextam venit præfatus admiraldus, ut moris eſt, et turba copioſa cum ipſo cum gladiis et fuſtibus, et ſedens in memorata porta præcepit ut bona mercatorum coram eo librarentur, quæ erant in civitatem introducenda, ut librata introducantur, et ſi qui introducendi eſſent, repreſentarentur. Quo facto, nos inter alios fuimus per mercatores chriſtianorum et eorum conſules preſentati, ubi mediante interprete diligenter nos de cauſa adventus noſtri examinavit, et examinatos ad maximam prædictorum conſulum introduxit inſtantiam, primo perſcrutatis libris et rebus omnibus: inter quos cum ſcrutantes vidiſſent imagines crucifixi, beatæ Mariæ virginis, Johannis evangeliſtæ, quas de Hibernia devote et reverenter nobiſcum portavimus, ſtatim blaſphemantes et ſuper ipſas ſpuentes clamoroſis vocibus inſultabant, dicentes "Wach, hii ſunt canes et porci viliſ-
" ſimi, qui non credunt Machometum eſſe prophetam
" dei et nuntium, ſed ipſum in ſuis prædicationibus
" ſuperſtitioſis continue blaſphemant, et ad hæc alios
" inducunt, affirmantes vanitates et inſanas fabulas,
" dicentes deum filium habere, et ipſum eſſe Jeſum
" filium Mariæ" Alii vero dicebant, videlicet renegati Saracenorum ferocitatem formidantes "Verum
" ſcimus, quia exploratores ſunt iſti, et non eſt ad
" bonum eorum adventus ad nos; ejiciantur de civi-
" tate cum confuſione et revertantur ad partes chriſti-
" anorum ſive refuytanorum unde egreſſi ſunt." Hæc autem dixerunt Saracenis volentes eis complacere,

qui

qui quamvis eorum multi ore ſunt renegati, corde tamen Chriſtum deum amplectuntur. Quibus indicto ſilentio reſpondentes diximus, "Si verus propheta "eſt Machometus et dominus, pacem habetote cum "illo, et ejus laudibus inſiſtite; nobis autem alius "dominus non eſt niſi dominus Jeſus Chriſtus, qui "eſt unigenitus dei filius eternaliter genitus, et filius "Mariæ in tempore natus; cujus filii per adoptionem "ſumus et non exploratores, ipſius ſepulchrum glo-"rioſum devote viſitare volentes, tundere genibus, "oſculari labiis, et lachrimis rigare."

Quo dicto nos celeriter introduxerunt mercatores præfati ad fundum Marciliæ, prout juſſio admiraldi urgebat, populo civitatis propter nomen Jeſu contumeliæ ſpectaculum effectos. Ubi in quadam capella devota diebus quinque ſtetimus antequam gratiam recedendi habere potuimus; quia male libenter pauperes tranſire permittunt, et ſignanter fratres noſtros, pro eo quod de eorum tranſitu minime lucrantur, nec Soldanus in aliquo ditatur. Hoc autem eſt ſciendum, quod communiter quælibet chriſtianorum civitas maritima habet fundum in civitate ipſa et conſulem: fundus vocatur locus edificatus pro mercatoribus determinatæ civitatis vel regionis, utpote fundus Januæ, fundus Venetiarum, fundus Marciliæ, fundus Cathelanorum, et ſic de aliis, ad quem debent omnes mercatores illius civitatis vel regionis declinare, et mercationes ſuas ſi quas ſecum detulerint collocare, et hic ſemper ſecundum conſulem diſponitur: conſul vero eſt, qui illi loco præeſt et omnibus ibidem degentibus, ſine cujus preſentia et aſſenſu, nullus illius civitatis mercator, cujus eſt conſul, ſeu regionis introducitur,

ducitur, nec bona admittuntur. Ipſe enim in ſæpedicta porta admiraldo aſſiſtens ſuæ civitatis vel regionis recipit tantum mercatores et bona, ſub certo numero et determinato in eorum introitu de hiis requiſito, in eorum exitu tenetur reddere rationem.

Et hoc faciunt Saraceni nimia ſollicitudine civitatem ſuam cuſtodientes, qui eam ſingulari diligentia feria ſexta tempore ſuæ orationis cuſtodiunt; quia nunquam ſinunt eadem feria ſexta chriſtianos cujuſcunque conditionis domus ſuas exire tempore ſuæ orationis afforis, eorum portas claudentes et ſerantes; ſed finita eorum oratione liberos per totam abire civitatem, et ſuis negotiis intendere permittunt. Ipſorum autem quidam, finita oratione, ad cimiteria adoranda pro defunctis properant; quidam vero velut canes ad vomitum ad opera ſervilia greſſu feſtinato revertuntur. Quidam vero nec orationi inſiſtunt, nec ad eccleſiam accedunt, ſed ſicut cæteris diebus operibus ſervilibus continue vacant; raro vel nunquam jejunant, niſi quum ſuum celebrant *ramathan*, id eſt triginta dies, in quibus dicunt deſcendiſſe alkoran ſuper Machometum; et tunc jejunant tota die uſque quo primam ſtellam noctis videant, et ex inde comedunt et bibunt et cum mulieribus turpiter operantur, uſque tantum diei luceat, quo diſcerni poſſit filum album a nigro, et ſic præcepit prædictus porcus viliſſimus et mulierum amator. Hoc in alchoran propter præmiſſas eſt ſciendum, quod eccleſias nominant ſive oratoria *keyentes*, quæ non ſunt eccleſiæ ſed ſynagogæ Sathanæ; quarum quælibet habet ciſternam vel locum pro aqua, ubi omnes lavant ſibi manus et caput, pedes et tibias, et poſteriora antequam eccleſiam intrare preſumant.

Item

Item quælibet earum habet unam turrim altam ad modum campanilis, et turris deambulatorium externum; quo ſtant eorum ſacerdotes et clerici velut ſpeculatores ad prophetam ſuum certis horis videlicet Machometum porcum viliſſimum laudandum; et ad populum in ejus laudibus excitandum; ubi eum inter alia laudant clamoriſis vocibus et magnificant, quod una nocte cum mulieribus novem nonaginta vicibus turpiter operatus eſt, quod factum inter alia ejus miracula excellentiſſimum et glorioſum reputant, et quod uxor cujuſcunque ſemel ab eo dilecta et concupita, nunquam cum viro ſuo poterat ſtare, ſed eum neceſſaliter dimittere et ad lectum concupiſcentis prophetæ indilate properare.

Hoc autem eſt ſciendum, quod eorum eccleſias cuſtodiunt munde et reverenter valde; quas ſi quis chriſtianorum vel alterius ritus intrare voluerit, aut divinitatem oportebit et paſſionem a filio Mariæ virginis præſcindere, et Machometum, porcum putridum, prophetam dei et nuncium eſſe affirmare, aut penam abſque dubio crucis ſubire aut capitalem ſententiam. Quanquam Chriſtum hominem purum et prophetam ſanctiſſimum, natum de virgine Maria virtute infinita confitentur, ejus divinitatem et paſſionem tamen abhorrent, qui de hoc aliquid audire nolunt, quia in lege maledicta eorum ſcriptum eſt videlicet *alchorano, azoara cap. x.* "Summo opere "quidem cavendum eſt, ne lege noſtra quid injuſtum "et indignum proferatis, nec de deo quicquam niſi "verum dicatis; Jeſus Mariæ filius, filius dei nun-"cius, ſuuſque ſpiritus et verbum, Mariæ cœlitus "miſſus extitit in demio; itaque illi ſuo legato cre-

" dentes, ne dicatis tres deos esse, cum non sit nisi " deus unus, qui filio caret, eique omnipotenti uni- " versa cœli terræque subjecta sunt; Christus quidem " ipse minime negare poterit, sed et nec angeli deo " propinqui, qui dei subsint imperio." Et idem loquitur Machometus de judæis, quos propheticidas notat " Unum Mariæ blasphemiam et immoderatam " contumeliam inferunt, seque Christum peremisse " perhibent, sed nequaquam eum, immo sui similem " suspendentes interfecerunt; profitentes autem se " suæ cædis auctores cordibus suis non minimam " ambiguitatem inde ingerunt: sed eum non interfi- " cerunt, quia deus incomprehensibilis et sapiens eum " ad se transmigrare fecit; in quem viri legum, id est " christiani et judei veraciter ante mortem credunt, " et eorum seculo futuro testis constabit ille ob eorum " injuriam atque malitiam." Huc usque in alcorano. Prædicti autem ribaldi, qui quamvis Christi deitatem negent, tamen eum super Moysen et omnes prophetas alios post Machometum laudant et reverentur; quem *Messiath Ebyn Merian* appellant, quem etiam ineffabiliter reverentur, et nullo modo *Ebyna Alla* id est filium dei, quia reputant impossibile deum filium habere, ex quo uxore et concubina caret, nec in eis delectatur.

De paradiso autem et vita eterna credunt secundum quod continetur in libello de doctrina porci vilissimi Machometi, ubi continetur sic: " Paradisi namque " aureum solum smaragdis et jacinthis crebro interpo- " sitis distinctum, omni fructifera consitum arbore, " decurrentibus per amena fluentibus, quorum alia " quidem lac, alia mel album, alia vinum purissimum " fundunt;

" fundunt; dies enim mille annorum, annus quadra-
" ginta millia annorum, etc. In toto quidem ejus
" quicquid desiderare potest statim adheret ei: omni
" siquidem colore vestietur præter nigrum, qui color
" neminem illic attinget excepto precone meo, qui
" ob insignem hujus vitæ meritum proprium colorem
" singulari privilegio retinebit; profecti omnes in
" statura quidem Adæ, in facie vero Jesu Christi,
" nunquam incrementum aut decrementum patientes.
" Primum quidem ingressis vescendum proponitur
" jecur piscis *allehbut*, cibus ultra quam mirari possis
" delectabilis, succedunt fructus arborum potusque
" de fluentis paradisi; deinde quicquid affectaverint
" presto erit, ubi et panem et carnes comedent et
" fructus etc, præter illicita quæ non ipsis placebunt,
" cujusmodi sunt carnes suillæ. Quod si voluptas
" illis deesset, beatitudo minime plena esset," quod probat sic. " Si ullum oblectamenti genus deesset,
" beatitudo minime plena esset; frustra igitur deliciæ
" adessent, si voluptas deesset; quinimo quicquid
" volunt presto est, et quascunque et quandocunque
" volunt habent, et qualiter et ubi, et quando, et
" quo modo et quoties volunt, omnia ad lubitum
" sine mora et difficultate; ita quidem, quod quas hic
" habuerunt uxores fideles, habebunt et illic, cæteræ
" concubinæ erunt, ancillarum vero non erit nume-
" rus." Hæc Machometus porcus, mulierum amator.

Sæpedicti autem ribaldi omnes christianos occidentales appellant *franjy*, græcos vero *bomy*, et jacobitas qui sunt christiani de cultura *nyframy* id est nazarenos, et omnes religiosos cujuscunque ordinis *ruben* id est monachos in plurali, in singulari vero *racheb* id est monachum

monachum, judæos autem *lihud*, et alio nomine *kelb* id eſt canes: qui in ritu ſunt diviſi et minime ſibi invicem cohærentes; quorum quidam dicuntur hebraice *rabanym*, hii ſunt qui tenent legem ſecundum gloſas magiſtrorum; *caraym* autem ſunt, qui obſervant legem ad literam; *cuſygym* vero ſunt qui neutro modo legem obſervant, qui omnes in nullo honore inter Saracenos nec alibi habentur, ſed ſunt ubique captivi et velut a deo venditi, vagi et profugi, ſine lege et precipue omnibus abominabiles: quare de eis reſcriptum eſt, "Grex predicta factus eſt populus inanis, "paſtores eos ſeduxerunt, eos feceruntque vagari in "montibus, de monte in collem tranſierunt, obliti "ſunt cubilis ſui et pe x° ſtulte egerunt paſtores, et "dominum non quæſierunt, propterea non intellex-"erunt, et omnis grex eorum diſperſa eſt."

Jacobitæ quidem, de quibus dictum eſt, circumciſionem admittunt, et credunt et affirmant, quod in Chriſto non eſt niſi una voluntas, quod probant per illud evangelium, "mea voluntas non eſt mea, ſed "ejus qui miſit me;" dicunt etiam quod parvulis non datur gratia in baptiſmo, et hinc eſt quod parvulos non baptizant niſi in periculo mortis, ſed adultos quibus corporis et ſanguinis Chriſti dant communionem, in qua gratia ipſis infunditur; et ſemper ſignant ſe ſigno crucis cum uno digito videlicet indice: qui quamvis in multis errent ceremoniis quo ad ritum quem nunc tenet eccleſia romana, tamen in aliis articulis fidei eſſentialibus ab hiis minime errant, ſed bene credunt, prout ipſi nobiſcum diſputantes publice et private confeſſi ſunt: inter quos et græcos ſicut et inter nos de productione ſpiritus ſancti ſemper eſt controverſia; quos reputant infideles minime corpus

domini

domini conficientes, pro eo quod in fermentato conficiunt; unde in altari, quo celebrat græcus, raro vel numquam celebrabit jacobita quousque fuerit altare reconciliatum sive consecratum. Et eorum sacerdotes sicut græcorum omnes sunt uxorati, monachis exceptis, qui secundum regulam Beati Macharii vivunt, qui morantur in deserto in magna multitudine arctam vitam et quasi inhumanam ducentes: qui omnes sicut cæteri eorum sacerdotes in missarum solempniis prolixissimum officium devote faciunt, quod est a ritu romanæ ecclesiæ valde alienum et peregrinum, epistolas et evangelia in duabus linguis legentes, videlicet in lingua etytica quæ apud eos habetur sicut lingua latina apud nos, ejus elementa cum græcorum elementis et figuris multum participant, et in lingua arabica sive saracenica, quæ multum cum hebræorum gutturizantium lingua concordat, quamvis elementa sunt totaliter diversa, et in nullo convenientia; et panem et vinum in multa quantitate consumunt, quia in omni missa sunt stantes circa altare septem vel octo, quandoque plures vel pauciores, et signanter in diebus dominicis seu festivis, in quorum medio consistit communiter patriarcha, Christi typum gerens, vel alius loco ipsius; qui omnes de manu sua illum panem vivum accipientes comedunt, et de calice domini bibunt indigne, et judicium absque dubio sibi sumunt, quia nunquam confitentur, cum scriptum sit *Jac. XI.* "Confitemini ad alterutrum peccata vestra." Ipsi etiam uxores in gradibus ab ecclesia prohibitis indifferenter ducunt, et multas alias ceremonias habent, quas pro nunc silentio recommendamus.

Prædicta autem civitas est duplici muro murata, tur-

turribus foſſatis ad unam partem, machinis et aliis bellicis apparatibus bene munita; infra quam ſunt duo colles magni arenoſi et alti, ſupra quos quandoque aſcendunt cives et alii aere puro volentes recreari et maris undas ſpeculari; cujus portæ nimia diligentia cuſtodiuntur, et ſignanter illæ tres portum reſpicientes, una cum illa per quam aſcenditur verſus civitatem De le Kayr, inter quarum duas, ut ſuperius dictum eſt, fuimus collocati. Ipſa namque in pannis ſericis prætioſiſſimis, miro et vario modo textis lineis, bumbacinis ſumme abundat, quum in ipſa fiunt, et inde ad omnes mundi partes per manus mercatorum portantur. Ipſa utique eſt ſita in plano ſuper portum, et in longum protenſa, habens viridaria et hortalitia pulcherrima; unde et eſt palmis conſita, de arboribus cavam ſiſtulam fructificantibus, pomis paradiſi de quibus inferius dicetur, et multarum aliarum arborum fructificantium generibus glorioſe eſt inſignita, quæ propter ſitum ejus humilem ſe navigantium oculis per remota maris navigia minime offert, ſicut nec ipſa tota terra Egypti. Ideo ipſius cives in introitu portus ejus turrim quadratam altiſſimam ſuper rupem conſtruxerunt, in qua continue ſtant ſpeculatores, quæ ſua altitudine navigantes dirigit ad portum ſalutis, quam plurimum producit; inter quam et civitatem eſt cimeterium ingentiſſimum et in maxima parte edificatum, in quo communiter cives et populares civitatis ſepeliuntur.

Inhabitatur enim ſaracenis, chriſtianis, græcis, ſchiſmaticis, judeis perfidis, qui omnes in habitu et modo incedendi conveniunt, exceptis chriſtianis qui *fruge* nuncupantur, de quibus dictum eſt; et in nullo

quo

quo ad habitum diſtinguntur, niſi penes colorem panni, quem ſibi ad caput multipliciter ligant, et zonam ſive cingulum, quo cinguntur chriſtiani de cinctura, qui ſunt græci et jacobitæ de quibus dictum eſt. Ipſi vero Saracenorum populares communiter habitu lineo vel bumbacino vario modo texto, et eorum nobiles ſerico vel auro induuntur, qui in manicis et in aliis conformitatem totaliter habent cum minorum fratrum habitu, caputio excepto et longitudine præciſa; qui caputio non utuntur, ſed loco ejus ſibi curioſe circa caput pannum album lineum vel bumbacinum imponentes ligant, collum in nullo cooperientes. Judæi vero qui ſunt, alii . . . . . At *abanym* pannum glaucum ſeu coccinum conſimiliter ligant, portant quo diſtinguuntur et cognoſcuntur. Et dicti chriſtiani videlicet alii a frangis blanii ſeu rubei coloris; et cingulo exterius cinguntur de ſerico facto vel lino, a quo de cinctura nuncupantur: Saraceni autem raro vel nunquam cinguntur niſi tualia, quam cum oratum vadunt coram ſe extendunt, exceptis nobilibus et equitibus, qui cingulis cinguntur ad dominarum modum latis et de ſerico totaliter factis, auro et argento nobiliſſime ornatis, in quibus ſumme gloriantur: nec caligas portant ſed femoralia rugoſa circa tibias largiſſima et ampla, a minori uſque ad majorem, a parvo unius anni uſque ad canum et annoſum, et hoc quia ſibi toties lavant tibias et poſteriora: nam quoties orationes in die naturali ex legis præcepto diabolicæ dicere tenentur, non clamoroſe ſed voce mediocriter, prout ſcribitur in alchorano azoara cap. XXVII; quas eorum multi cum genuflexionibus ſuper memoratas tualias et inclinationibus,

judicio

judicio noſtro ſalvo meliori, ſatis devote modo ſuo dicunt, verſus templum dei ſecundum eos videlicet Mechar ſe verteates; quod eſt ſitum in oriente, ubi Abraham primo templum fundavit in honorem dei, et ibidem juſſu divino filium ſuum Iſaac voluit in ſacrificium immolare, prout dicitur in alchorano ſuo azoara; ante quarum horarum quamlibet lavant ſibi manus brachia et pedes et poſteriora; firmiter credentes quod in aquarum ablutione percipiunt remiſſionem omnium peccatorum; et quum ſunt in deſerto vel loco inaquoſo, ubi aquæ copia non habetur, antequam ad orandum accedere præſumant, ſibi ſuper caput terram mundam ſpargunt, credentes etiam ſic a peccatorum ſordibus ſe expiare; unde ſcriptum eſt in alchorano *azoara cap. XI.* " Viri boni, cum oratum " ſurrexeritis, facies veſtras ac manus et brachia uſque " ad cubitum, et pedes uſque ad tibias abluere et " capillos revolvendo caput abſtergere, et poſt coi- " tum mulierum balniari vos oportet. Infirmi qui- " dem, et in itinere, ab egeſtione vel mulieris coitu " venientes, et aquam minime reperientes, facies " ſuas atque manus terræ mundæ pulvere tergant: " deus namque veſtram diligit munditiam, officii- " que divini perfectionem, cum gratiarum ſibi retri- " butione et divinitatis invocatione." Nec calceamentis utuntur ſaraceni, ſed Scalpis ſub ſoleis rubeis minime pedem operientibus niſi in parte anteriori tantum, exceptis camelariis et pauperibus, qui conformiter in hibernicis pueris calciantur, et equitibus qui communiter ſtivaldos rubeos ſeu albos portant, ſe tantum ad genua extendentes.

Quorum mulieres nunquam oratorium ſeu eccleſiam

ſiam ingrediuntur, nec ad locum orationis admittuntur, ſed ſemper quaſi in domibus includuntur, et a diſcurſu omni ſuperfluo arctantur; et ſignanter nobilium mulieres, quæ nunquam niſi urgente cauſa magna de domibus ſuis egredi permittuntur. Quæ omnes in ornatu modum habent ſingularem et valde mirabilem, ſunt enim mantellatæ omnes indifferenter mantellis lineis vel bumbacinis nive candioribus, et velatæ et coopertæ in tantum, quod cum difficultate earum oculi per retiam ſubtiliſſimam de ſerico magno factam videntur et percipiuntur: tunicas etiam portant omnes breviſſimas, quæ minime uſque ad genua ſe extendunt; quarum quædam ſunt de ſerico tantum, quædam de lineo panno vel bumbacino, ſatis etiam vario modo contexto, prout earum ſtatus exigunt et conditiones: et femoralibus ſericis pretioſiſſimis auro contextis utuntur communiter omnes et potiſſime nobiles, quæ uſque ad talos ſe ad inſtar equitum præſcriptorum ſe extendunt, in quibus ſumme et principaliter relucet eorum gloria, conditionis dignitas et ſtatus magnificentia: earum quædam portant ſcalpas ſuperius deſcriptas, quædam ſtivaldos rubeos, et quædam albos ad modum equitum, quibus cum prædictis femoralibus et earum cæteris ornantur, ſimiles totaliter fictitiis demonibus, qui in ludis clericorum ſolent haberi, efficiuntur. Unde in alchorano ſcriptum eſt azoara cap. XXIII, "Bonæ feminæ ſuos viſus "quemlibet tegant, membraque genitalia ſimiliter; "hoc enim eſt optimum apud deum omnes ſuos "actus dignoſcentem: mulieres itaque bene ſe curent "ut linialiter aſpiciant ſuos, peplo tegentes collum "et pectus; omnem pulchritudinem ſuam, niſi quod

"aperire

" aperire neceſſitas cogit, celent omnibus, ſpeciemque
" pedum et eundo, niſi maritis ſuis, eorumque ſuiſ-
" que parentibus, et filiis atque fratribus, et nepoti-
" bus et ancillis, omnibuſque non ſupectis ſive ſub-
" jectis manui vel impollutis, ad deum os converti-
" mini quod eſt vobis optimum." Hæc, porcus Machometus mulierum amator. Portant etiam in tibiis inferius circa pedes et in brachiis circa manus annulos groſſos et concavos ad inſtar compedum, qui ſunt communiter de auro vel argento, in quibus ponuntur aliqua verba legis maledictæ, quæ apud eos tantum appreciantur, quantum apud nos appreciatur evangelium Sancti Johannis evangeliſtæ: et ungues manuum et pedum habent tinctos; et cum hoc portant in auribus, et quædam annulos in naribus pendentes, in quibus et in tinctura prædicta etiam ſumme gloriantur. Schiſmaticorum ac judæorum memoratorum mulieres conſimiliter ornantur et incedunt, mulieribus ſchiſmaticorum exceptis, qui ſtivaldos nigros portant, quo diſtinguuntur et cognoſcuntur.

Prædicta autem civitas, quamvis reluceat in pulchritudine appropinquanti, tamen bareryas habet ſtrictas viles anguloſas obſcuras, pulveribus ac aliis immunditiis plenas, et in nullo pavimentatas; in quibus ſumme abundant omnia vino excepto quod eſt ibi cariſſimum, quia Saraceni perfecti nunquam vinum bibunt, nec caſu publice, ſed private et in abſconſo etiam uſque ad nauſeam, cujus rei teſtes ſumus: unde alchorano azoara IIII, ſciſcitantibus de vino ſcatis talis aleis et hujuſmodi, dicitur peccatum magnum eſſe hujuſmodi potum et ludum; loquitur dominus Mac-

Machometo, " licet tantum dulceſcant hominibus " et utilitatem afferant, hæc peccatorum materies, " peccata tamen nociva ſunt." Cauſam, quare prædictus porcus vinum prohibuit, allegat in libello memorato de doctrina ejus peſtifera et a veritate et a ratione multum peregrina, quæ talis eſt, " Erant" iniquit " angeli duo Baroch et Maroch miſſi olim a deo " de cœlo in terram, gubernando et inſtruendo genus " humanum, tribus hiis interdictis, ne occidant, ne " injuſte judicarent, ne vinum biberent: multo itaque " tempore ſic habito, cum noti judices eſſent per uni- " verſum orbem, venit igitur eis die quadam mulier " præ cunctis feminis pulcherrima, cauſam habens " adverſus maritum ſuum; quæ ut parti ſuæ accomo- " daret judices, invitavit eos ad prandium; ſequuntur; " illa ſatagens convivantibus inter epulas pocula vini " opponit, adſtat miniſtrans, offert crebro, inſtat ut " ſumant; quid plura? vicerunt blanditiæ mulieris; " inebriati poculis in hoſpitam formoſam æaluere, " victi accubitum poſtulant, ſpondent conditionem, " dum alter verbum doceat per quod aſcendebant " cœlos, alter per quod deſcendebant. Illa autem, " conditione etiam intellecta, elevata eſt ſubito et " aſcendit cœlos; quod cum vidiſſet deus, explorata " cauſa, poſuit eam luciferum pulcherrimum inter " ſtellas ut fuerat inter mulieres. Illis autem ad " judicium convocatis, propoſuit eis deus, ut eligerent " inter penam hujus ſeculi et penam alterius ſeculi; et " eligerunt penam hujus ſeculi, ſuſpenſi ſunt igitur " catenis ferreis dimiſſis capitibus in puteo diaboli " uſque in diem judicii." Hæc falſarius veritatis, progenitus Sathanæ, Machometus.

Ipſa itaque civitas potentiſſime in pane albiſſimo et nobiliſſimo primatum tenet inter omnes civitates et regiones per quas tranſivimus; quia in ipſa quatuor decem panes pulcherrimi communiter unico groſſo venduntur; in ea florentius valet tantum XXII venetos groſſos, et beſancium de auro XXVI, et doubia de auro XXVIII, et perpera, quæ non eſt purum aurum XII, et dragma I et duo carub, et unus groſſus venetus valet XXII carub, quæ eſt moneta parva cuprea vel erea, et duo milleres, qui alibi minime recipiuntur, valent unum groſſum.

Et inde ſaturati opprobriis ſicut oves inter lupos, feria quarta proxima poſt feſtum beati Lucæ evangeliſtæ, tranſivimus per viridaria et hortalitia palmis altiſſimis et aliis arboribus fructiferis conſita et pulchrificata, et venimus ad portum quo itur navigio uſque ad Babiloniam, qui diſtat a porta civitatis per unum miliare magnum; ubi barcham aſcendentes per foſſatum ſeu canale, quod fecit Soldanus, palmis et arboribus aliis fructiferis conſitum, quaſi per tria miliaria, edificiis groſſis et pulcherrimis ornatum et pulchrificatum, navigavimus villam nomine Fow, quæ eſt ſita ſuper illud flumen ingens et famoſum nomine Wyon, qui eſt unus de illis quatuor qui de paradiſo egrediuntur, et hodie Nilus ab Egyptiis nuncupatur teſtante Joſepho, quæ diſtat a canale ſeu foſſato per I miliare magnum, et ab Alexandria per unam dietam, et a Kayr per 3 dietas ameniſſimas per aquam et delectabiles ad navigandum. Ipſa ſiquidem undique viridariis, hortalitiis, cannis de quibus fit ſuccura, arboribus bumbacem portantibus, quæ ſunt parvæ et humiles, quæ per omnia emittunt bumbacem

ſicut roſa florem, palmis altiſſimis, milonibus, arangis, et aliis arboribus fructiferis excellenter bene dotata, et imo in fructibus ſumme abundat, et ſignanter in pomis paradiſi et ficubus . . . . . Unum ſciendum quod poma paradiſi, judicio meo ſalvo meliori, inter omnia pomorum genera primatum obtinent ſua incomparabili bonitate, ſunt enim oblonga et glauci coloris quum ſunt matura, in aſpectu pulcherrima, in odore ſuaviſſima, in ſapore melliflua, in tactu leviſſima, et crucifixi ſignaculo inſignita, quia quum ſcinduntur ex tranſverſo in eis apparet imago crucifixi apertiſſime veluti in cruce extenſi. Non enim ſunt arboris poma, ſed cujuſdam herbæ in altum creſcentis ad modum arboris, quæ muſa appellatur; cujus folia in figura et colore foliis cujuſdem herbæ, quæ angliæ dicitur *radigthe*, multum aſſimilantur, quamvis in longitudine et latitudine illa multum excedant; folia enim ipſius communiter habent in longitudine duos vel ſex pedes, et in latitudine quandoque unum, quandoque duos, quandoque minus, quæ ipſa poma a ventorum et imbrium impulſibus protegunt et defendunt; et notandum quod prædicta herba nunquam facit fructum niſi ſemel, et quando fructus etollitur ſeu aufertur, ſtatim arida efficitur, et in loco ejus alia de radice ipſius conſurgit, quæ in proximo anno ſequenti fructum faciet, et vices ejus per omnia ſupplebit. Ficus autem . . . . . cum aliis ficubus in figura et colore conveniunt, et diſconveniunt in ſapore ſoliditate et more creſcendi; nam ſaporem habet nimis dulcem et quaſi nauſeantium, et ſunt concavæ perforatæ et interius nigræ, in arboribus grandis et ramoſis valde creſcentes; quæ comma hieme vel eſtate nunquam

deponunt, nec in aliquo cum aliis ficuum arboribus conveniunt; et non ſicut aliæ ficus et aliarum arborum fructus de ramiculis exeunt, ſed de ipſis groſſiſſimis ramis ſuper ramiculos ſubtiliſſimos et breves creſcunt et naſcuntur; et communiter per totam terram Egypti reperiuntur, et ſatis vili pretio comparantur.

Sciendum autem eſt hic, quod de prædicta villa videlicet Fow uſque ad civitatem De le Kayr non reperiuntur victui neceſſaria in abundantia ad comparandum; et imo volentibus aſcendere per fluvium uſque ad civitatem ipſam neceſſe eſt, ut in Alexandria vel ibi ſibi de commeſſionibus provideant et procurent diligenter; per terram autem pauci vel nulli vadunt, quia per fluvium aſcenditur et deſcenditur abſque labore, et contra expenſis, quia pro naulo communiter ultra tres dragmas vel penitus ibidem ſolvitur: tamen unum eſt, quod major difficultas eſt per eum aſcendere quam deſcendere, pro eo quod nunquam poteſt barcha bene aſcendere niſi cum vento et velo vel bona remorum armatura, et hoc propter aquæ impetum deſcendentis, qui quamvis non ſit magnus tamen eſt impediturus. Prædictus autem fluvius eſt ille ingens et famoſus, cujus longitudinis non eſt finis; per quem aſcenditur navigio a mare mediterraneo ad Indiam ſuperiorem; in qua ſtat preſbiter Johannes, ubi ſunt LXX dietæ magnæ ut dicitur. Ipſe utique fluvius eſt ad navigandum ameniſſimus, in aſpectu pulcherrimus, in tranſitu ſuaviſſimus, in piſcibus uberimus, et avibus abundantiſſimus, in virtute efficaciſſimus et ſuaviſſimus, et ad bibendum delectabiliſſimus, et nunquam nocivus nec offenſivus, ſed humanæ naturæ totaliter conformis. Hic autem fluvius poſſet in multis

multis aliis a prædictis commendari, nisi esset quod quædam animalia pessima resident in eo, quæ sunt ad similitudinem draconis; devorant quidem equos et homines in flumine si inveniant, et super ripam devorare non postponunt; et ista animalia cocatrix vulgariter appellantur. Hic autem est sciendum, quod omnes rivi et fluvii totius terræ Egypti ab ipso sumunt originem, et ab eo derivantur. Et hinc est quod fluvius ille, qui currit Damyacyar, non est fluvius distinctus ab ipso, sed est quædam pars magni istius; per quam fuit beatus Lodowicus, christianissimus et illustrissimus rex Francorum captus per manus Saracenorum et detentus, in maximam christianorum confusionem et filiorum Belial gloriam et honorem, et usque in hodiernum diem. De isto autem fluvio et de ejus rivis sive brachiis debet intelligi illud quod dicitur in psalmo de Egyptiis, "Convertit flumina "eorum in sanguinem, et imbres eorum ne biberent;" et alibi "Convertit aquos eorum in sanguinem et oc-"cidit pisces eorum." Et in hoc fluvio est, in quo invenit filia Pharaonis Moysen in capsula ciprea, quem puellæ Hebreæ tradidit nutriendum, prout scribitur Exodo .... Præter et ista est sciendum, quod raro vel nunquam pluit in terra Egypti, quia nubibus imbriferis omnipotente deo disponente est privata, et cœli serenitate speciali privilegio mirabiliter et ineffabiliter dotata; et quod ipsa terra tota, quæ est arabilis parvis et humilibus collibus exceptis, sicut tactum est a mari prædicto usque ad desertum arenosum, quod est juxta civitatem De le Kayer, est ita plana, quod per magnam partem anni superficies fluvii præarati est quasi equalis totius terræ superficei.

Et imo ſecundum quod diſpoſuit ſapientia increata, ſemel in anno creſcit ille fluvius, videlicet in menſe Julii quaſi per octo dies ante feſtum beati Johannis baptiſtæ, et incipit decreſcere circa feſtum ſanctorum Dyoniſii et Ruſtici ut dicitur; et augmentatur in tantum quod totius terræ ſuperficiem modo admirabili cooperit, collibus humilibus exceptis de quibus dictum eſt, ubi reſident homines, et ipſam terram habitans et diſponens, et imbrium ac pluviarum vices ſupplens ſua bonitate. Aliis vero temporibus, ipſius terræ coloni cum bobus rotas trahentibus aquam de ipſo fluvio et canalibus haurientes, et per foſſata ſeu ſitulatas meatus hauſtam, ad irrigandam totius terræ ſuperficiem, prout neceſſe eſt, etiam educunt, et ſic ipſam ad fructus uberiores producendos diſponunt, et productos nutriunt diligenter et conſervant.

Hæc autem terra inter totius mundi terras eſt nobiliſſima et formoſiſſima, ratione ſuæ magnæ pulchritudinis et ubertatis, magnæ pulchritudinis et amenitatis, magnæ opulentiæ et locupletationis, magnæ plenitudinis et levitatis, et etiam magnæ fortitudinis et firmitatis. Quæ quamvis ſupra omnes mundi regiones ſit abundans in fructibus, et ſignanter in frumento hordeo fabis ſuccura bombace cannafuſtulis; tamen in pomis et piris, quæ in occidentalibus regionibus reperiuntur, totaliter eſt ſterilis et infructuoſa. Ipſa etiam omni tempore anni, tempore inundationis fluvii excepto, variarum herbarum et roſarum floribus decoratur et pulchrificatur, qui ſuo vigore delectant viſum, ſuo odore olfaciunt olfactum, et ſuo ſapore reficiunt guſtum. Et hinc eſt quod in aqua roſeacea odo-

odoriferiſſima et nobiliſſima primatum obtinet et apicem perfectionis. Ipſa etiam boves nutrit miræ magnitudinis et altitudinis, et oves velut boviculas, quarum quædam habent caudas ſemirotundas, pingues nimis, latiſſimas atque lanoſas, quandoque ſeptuaginta libras ponderantes, quædam vero groſſas pingues lanoſas et talares; quarum omnium lana optima eſt, quamvis groſſa. Capras nutriunt non multum magnas, quarum quædam habent cornua curva et brevia, et aures quandoque pedem et amplius in longitudine habentes, latas valde in parte anteriori et velut aures canis venatici continue pendentes, et earum capita in parte anteriori ſunt velut foſſarium curva, et mirabiliter ad colligendum de terra bladum et herbas apta, et hoc convenienter valde, quia ipſa terra in nemoribus non abundat, nec arboribus niſi fructiferis tantum. Et hinc eſt quod ligamenta pro edificiis conſtruendis non habent niſi de terra chriſtianorum, quæ ad eos dei timore poſtpoſito per manus mercatorum eorundem portantur, in non modicam equitatis et juſtitiæ leſionem et animarum portantium, pro dolor! eternam damnationem. Quædam vero capris aliarum regionum in omnibus ſunt conformes. Ipſa utique eſt camelorum nutrix et mater innumerabilium, et hoc propter ejus ſummam planitudinem et levitatem, lapidum carentiam et pluviarum; raro enim ibi lapides inveniuntur quibus offenduntur, vel nunquam niſi in locis certis et determinatis. Ipſa enim in equis aſinis vivaciſſimis et velociſſimis eſt abundanter dotata; cujus equi communiter non ſunt magni nec potentes ad arma portanda, ſed ſunt veloces, vivaces, hybernicorum puerorum equis in omnibus conformes.

Ipſa etiam nimis abundat in columbis gallinis et avibus aquaticis, et multarum aliarum nobiliſſimarum avium generibus. Et hinc eſt quod ſemper Soldanus omnibus indifferenter cujuſcunquæ ſtatus legis ſeu conditionis gerfaucones ſibi portantibus ſolvit pro quolibet vivo tria milia dragmas, quæ valent florenos CL, et pro quolibet mortuo in itinere verſus eum veniendo ſolvit MD dragmas, quæ valent LXXV florenos; exceptis gratiis et muneribus ampliſſimis, quas eis affluenter largitur, et omni die providet de pane et carnibus eiſdem, quouſque fuerit de minimo etiam quadrante eis ſatisfactum; et ſic ſemper fecerunt ſui predeceſſores, et facient in poſterum ejus ſucceſſores. Hic autem eſt ſciendum, quod omnia animalia quadrupedia ipſius terræ communiter vivunt de hordeo, fabis ſiccis totaliter fractis, et de quadam herba quæ dicitur trifolium beſtiale, anglice vero *convigrays*, quæ nutritur et cuſtoditur ſicut frumentum vel aliud genus bladi, et ſemen ejus colligitur et ſeminatur, et de ea fœnum ſuum faciunt colligi: quia prata non habent, nec habere deſiderant: unde de iſto fœno poteſt intelligi illud quod dicitur in pſalmo, "Et "comedit omne fœnum in terra illorum, et comedit "omnem fructum terræ illorum." Unum tamen, cameli quandoque vivunt de lapidibus ſeu oſſibus, quæ in dactilis reperiuntur. Item ſciendum, quod prefatæ terræ coloni ſunt turpes viles et impriſonati, moribus et geſtis beſtiis totaliter conformes; qui in collibus memoratis domos totaliter de luto et lateribus ſolis ardoribus communiter coctis conſtructas inhabitant: ubi foſſatis nec aliis fortaliciis ſunt muniti, ſed ſunt in . . . . . et inepti ad hoſtium cuneos perforandos

forandos et patrias leges defendendas, ſicut etiam ſunt omnes Saracenorum populares. Tamen tria ſunt, in quibus totaliter confidunt, et quibus credunt ſe muniri, et ab hoſtium inſidiis defendi et liberari. Primum eſt exercitus Soldani, qui ſemper quaſi moratur in civitate Del Kayr, qui ad minus ad triginta milia equitum ſe extendit: ſecundum eſt fluvius ſæpedictus quem ad omnem plagam totius terræ deducere poſſunt ſatis faciliter, et ipſo quaſi inexpugnabiliter ſe munire, et hoc propter ipſius terræ ſummam planitudinem et levitatem: tertium autem eſt deſertum arenoſum, quod eſt etiam turris fortitudinis eorum, quo uſque ad mare mediterraneum tota terra circumcingitur. Et hinc eſt quod intrare terram Egypti eſt impoſſibile niſi per mare, vel per deſertum, vel deſcendendo de India per fluvium præſcriptum; his itineribus et non aliis ad eam pervenitur.

Cæteris autem prætermiſſis quæ ad ipſorum deſcriptionem pertinent, de prædicta villa videlicet Fow profecti fuimus, et navigavimus civitatem prænominatam ingentiſſimam et famoſiſſimam videlicet Kayr; quæ, judicio noſtro ſalvo meliori, major eſt civitate Pariſienſi in duplo, populoſior in quadruplo; et ſi plus diceremus veritatis limites non tranſgrederemur. Ipſa quidem non eſt munita nec foſſatis nec aliis bellicis apparatibus, niſi ſatis debiliter circa ipſius medium; ubi habet tamen portas excellentiſſimas laminis ferreis coopertas, et quodam muro, qui de caſtro infra ſcripto quodammodo verſus boream per unum miliare ſe extendit. Quæ licet in comparatione ad civitatem Pariſienſem non ſit edificata, pro eo quod communiter ipſius edificia ſunt in parte inferiori de lateribus et luto, et in ſuperiore de lignis

ſubti-

ſubtiliſſimis, ramunculis palmarum, cannis et luto; tamen interius non videntur aliud niſi domus dei et porta cœli, quum picturarum varietate nobiliſſimarum ſunt excellenter ornatæ, et lapidibus marmoreis ac aliis pretioſiſſimis mirabiliter bene et ſumptuoſe pavimentatæ; quæ quotidie vel ſaltem alternis diebus diligenter cum ſconſis mundantur, et ab omnibus immunditiis continue cuſtodiuntur. Ipſa ſiquidem habet barerias ſtrictas curvas obſcuras anguloſas, pulveribus ac aliis immunditiis plenas, et in nullo pavimentatas; quorum principaliores, quæ ſunt magis lunares, continue ſunt ita plenæ populo barbaro et viliſſimo, quod nunquam de uno capite ipſius ad aliud niſi cum maxima difficultate tranſitur. Et hinc eſt quod raro vel nunquam pertranſeunt nobiles niſi in equis, nec homines qui ſunt alicujus valoris, nec mulieres niſi in aſinis, nec etiam alii negotiatores volentes ſe de negotiis celeriter expedire. Propter hoc eſt ſciendum, quod in civitate ipſa, ſecundum quod intellexímus a viris fide dignis, ſunt triginta milia aſini conductitii, ſtantes in biviis per barerias, qui nihil aliud faciunt, niſi volentibus per civitatem vel extra aſinare intendunt, exceptis qui aliis ſervitiis exponuntur.

Hujus populi pater fuit Iſmael Abrahæ, quem genuit de Agar ancilla uxoris ſuæ Saræ egyptiaca, *Gen.* XVI; cui fugienti in ſolitudine a facie dominæ ſuæ Saræ dixit angelus domini. " Revertere ad do-
" minam tuam &c, multiplicans" inquit " multipli-
" cabo ſemen tuum, et non numerabitur pro multi-
" tudine." Et ſequitur, " hic erit fereus homo,
" manus ejus contra omnes, et manus omnium con-
" tra eum, et e regione univerſorum fratrum ſuorum
" figet tentoria."

Came-

Camelorum etiam ipſius civitatis infinitus eſt numerus, et ovium ac caprarum multitudinis non eſt finis. Propter quod ſciendum eſt, quod nullubi in tota terra Egypti nec in terra Indæ utuntur curribus nec vehiculis, quibus utuntur in regionibus occidentalibus, niſi in pauciſſimis locis, ſed omnia quibus indigent navigio vel camelis, ſeu bobus et aſinis portantur. De divitiis autem ipſius civitatis, quæ precipue in auro et argento, pannis aureis et ſericis, bumbacinis et lineis vario modo textis, gemmis nitentibus, margaritis et aliis lapidibus pretioſis, vaſis aureis argenteis ereis, opere ſaracenico artificialiter et incomparabiliter ſculptis, vitreis gratioſiſſime ornatis, quæ communiter fiunt in Damaſco, balſamo, oleo, melle, pipere, ſuccura, ſpeciebus diverſis, et aliis jocalibus innumerabilibus relucent, ſcribere prætermittimus; quia non poſſunt capi carta, nec ſermone explicari. Et etiam ſciendum, quod in ipſa omni tempore anni, ſicut ubique in tota terra Egypti, flores roſarum et aliarum herbarum prædicto pretio ſicut dictum eſt, et fructus recentes reperiuntur. Vidimus enim ibi per totam hiemem fabas recentes inter alia grani genera; et ficus recentes et maturas valde vidimus dominica prima quadrageſimæ apud Alexandriam in menſa conſulis Venetiarum, quæ etiam tunc in maxima copia per totam civitatem reperiebantur.

Eſt itaque ſciendum quod in ea quaſi ex omni tribu et lingua et natione, quæ ſub cœlo eſt, viri vel mulieres reperiuntur, et quod ipſius cives et populares Alexandriæ civibus totaliter ſunt conformes; qui omnes, ſicut cæteri legis diabolicæ confeſſores, a minore

minore uſque ad maximum, ab admiraldo uſque ad Soldanum incluſive, ſunt ſodomitæ peſſimi et viliſſimi, et eorum multi cum aſinis et beſtiis operantur iniquitatem; et tamen Soldanus habet, ut relatu fide digno audivimus ſexaginta uxores, et pediſſequas ſive ancillas ipſis intendentes mille, quæ omnes ſecum in caſtro infra ſcripto continue morantur. Alii vero communiter habent tres vel quatuor, et eorum multi ſeptem, de quibus poteſt verificari illud Iſaiæ 4to "Et apprehenderunt ſeptem mulieres virum unum "in die illa, &c." Et in alcorano et azoara in capitulo ſeptimo "Duas aut tres aut quatuor uxores "ducite, niſi timueritis eas nullatenus pacificare "poſſe; tunc enim vel quot ſua manus caſtigare "quieverit, quaſi rem determinatam dono ducat, res "autem ſuas illis permittentibus voluntate veſtra "poſtulante, licite et commode poteſtis, neſciis et "temerariis ante dies diſcretionis ſuæ ſolum victui "neceſſaria tribuite." Hæc porcus Machometus, pudicitiæ et caſtitatis ſuffocator.

Sæpedicta autem civitas eſt ſita ad radicem montis arenoſi et ſterilis in plano, et ſubtus in longum protenſa, undique deſerto arenoſo circumdata; quod durat verſus orientem ſive Jeruſalem itinere octo dierum, ſicut luculentius patebit inferius, et ad occidentem, ubi habet confines cum quadam provincia barbarorum quæ vocatur Barcha, itinere quindecim dierum, et ad meridiem uſque ad regnum Daimbranorum itinere duodecim dierum; præterquam ad partem borialem, ad quam habet terram illam planiſſimam atque uberimam ſuperius deſcriptam, et ſæpedictum fluvium, qui eſt ex parte auſtrali ipſius, quo menſuratur longitudo

gitudo Egypti menſura quindecim dierum; qui ſibi non approximant niſi in parte per dimidium miliaris, quod ſpatium eſt viridariis et hortalitiis glorioſe inſignitum, et arboribus pulcherrimis conſitum. Ubi eſt quidam locus planiſſimus et quadratus, muro baſſo et humili circumdatus, qui Mida dicitur; in quo Soldanus cum ſuis admiraldis et cæteris nobibibus ſui exercitus quandoque ſolatiatur; cujus ſolatii modus talis eſt per omnia, qualis eſt paſtorum in terra chriſtianorum cum pila et baculis curvis ludentium, hoc ſolum excepto, quod prædicti nobiles cum ſuo Soldano nunquam niſi in equis pilum percutiunt, nec cum ea ſuo modo militariter ſolatiantur, et examinantur tam equi quam equites quoad agilitatem fortitudinem et cæteras militiæ probitates; ſed examinantur chriſtianorum milites in haſtiludiis torneamentis et cæteris militaribus actibus, et abſque dubio multi equi ibidem et equites periclitantur, et eorum multi omni actu militari privantur. Et hinc eſt quod raro prædicto ludo utitur Soldanus, ſed illum in actus venaticos commutat et effeminatos. Juxta prædictum locum immediate eſt palatium magnum et altum, in quo uxores Soldani et cæterorum nobilium ludentes extra ineſtimabilem preſſuram intuentium ſpeculantur, et ſpecialiter ipſum Soldanum; quia ſemper quando pilam per vices excutit, omnes eum laudant et magnificant, tubis innumerabilibus clangentibus et akaris tympanis raucis conitriantibus et vocibus clamoribuſque in tantum, quod motum arcturi impedire videntur, et cum ſodomitis præcipitari eſtimantur, et ex equorum tumultu et equitum colliſione et populorum concurſu alienigenorum baſes

ſes terræ columnas ejus et epiſtilia fugam petere autuminant, et ordinem univerſi everti.

Circa autem medium ipſius civitatis, ex oppoſito quaſi ad orientem, in ſupercilio prædicti montis, eſt caſtrum ipſius Soldani ingens et pulchrum, bellicis apparatibus et palatiis, officinis et aliis imperialibus magnificentiis decentiſſime munitum et pulchrificatum: quod habet in ambitu unum miliare ut dicitur, et diſtat a civitate quantus eſt jactus baliſtæ: in quo continue ſtant decem milia equites ſtipendarii excellentiores, qui ſpecialiter Soldano intendunt, exceptis illis qui in civitate præarata morantur, de quibus ſuperius dictum eſt; qui omnes ſicut cæteri Saracenorum equites in cellis baſis et humilibus, ſtropis brevibus, ad inſtar dominarum equitant; in quorum qualibet parte anteriori eſt unus annulus, in quo clava ſeu marſa ad ipſius equitis tutamen et defenſionem ſatis bellice ponitur; et eorum quilibet indifferentur enſe quodammodo curvo circumcingitur; et cum hoc multi eorum ſunt ſagittarii electiſſimi, et potiſſime Turcæ, quorum arcus ſunt de cornu curvi, et ſagittæ factæ angulares ad modum ſpiculorum, quorum capita ſunt haſtis inſerta ſicut cultellus in manubio, qui raro vel nunquam aves niſi in aere ictibus ſagittarum interficiunt. Hoc autem eſt ſciendum, quod ſicut Indiani ſeu Ethiopes colore ab aliis diſtinguntur, ita hii videlicet Turcæ facie; facies namque habent breves et in parte ſuperiori latas, et inferiori e converſo; quorum oculi ſunt multum parvi et totaliter conformes oculis cujuſdam beſtiolæ, quæ ex inſtinctu ſuæ naturæ cunniculos per domos et cancellas et domus ſubterraneas venatur, et in naſo

cum

cum Indianis conformitatem habent, et cum catis in barba maxima affinitatem ſibi vindicant; et eorum mulieres ab eis in figura in nullo diſcrepant, ſed per omnia conveniunt. Prædicti autem caſtri fundamenta ſunt in lapide aliquo et ſculptili, de quo ipſum totaliter eſt conſtructum; qui lapis ejuſdem ſpeciei eſt cum lapide de quo conſtructi ſunt muri civitatem Pariſienſem ambientes: quod quamvis ſit apparatibus bellicis multum ornatum, tamen aquam non habet a ſe, et muri ejus ſicut intelleximus ſunt ſatis habiles ad frangendum. Et ex oppoſito ipſius infra civitatem eſt lacus quidam pulcherrimus, qui tempore hiemali eſt anatibus et aliis avibus aquaticis abundantiſſime dotatus undique conſitus in diverſis piſcium maveriebus uberrimus, in quo piſcantes maximum tributum ſolvunt Soldano, et de piſcibus aliquotiens ſubminiſtrant.

Hic autem eſt ſciendum quod Soldanus ſemper comedit, ſicut faciunt cæteri omnes legis diabolicæ profeſſores, ſatis brutaliter in terra; et nunquam cibus pro eo paratur in caſtro, ſed extra in civitate; nec in curia ejus menſa ponitur, nec ſedile nec mappa reperitur; ſed loco menſæ ponuntur tabulæ rotundæ, artificioſe de auro et argento fabrificatæ, et aliquantulum a terra elevatæ, ſuper quas ponunt cibaria in ſcutellis terreis magnis et amplis coram circumſedentibus; de quibus, omni urbanitate præciſa et velut lepuſculus fugitivus fugata, ſicut canes vel porci viliſſimi comedunt, manus ſuas lingentes, et barbas proprias ſedantes, et alias brutalitates inexplicabiles continue facientes, quouſque fuerunt repleti: ipſis autem repletis, ſtatim recedunt quodammodo pinguedine

guedine inviſcati, et alii accedentes de eiſdem ſcutellis per omnia conſimiliter comedunt; et ſic accedunt ſucceſſive quouſque fuerint omnes ſaturati: quo facto, collecta fragmenta ſtatim per ſervientes venditioni in foro exponuntur, quæ abſque dubio multum valent, quia cibus qui pro perſona tantum Soldani omni die paratur, conſtat mille dragmas ut dicitur, excepto alio qui pro aliis ordinatur. In ſæpedicta autem civitate, ſicut in tota terra Egypti et Inda, in tantum ſublimata eſt juſtitia, quod nobiles et villani, juvenes et cani, et peregrini cujuſcunque legis ſeu conditionis, omni redemptione poſtpoſita, pari pena puniuntur; et potiſſime quando ſunt rei mortis, et tunc pena crucis puniuntur, vel capitis, vel enſe per medium ſcinduntur.

Ad partem vero quaſi borialem ipſius civitatis eſt quidam locus, quaſi materia, ubi illa famoſiſſima vinea, quæ olim fuiſſe dicitur in Engaddi, de qua ſtillat balſamus; quæ a triginta viris diligenter cuſtoditur, quia in ipſa theſaurus Soldani pro magna parte conſiſtit; ipſa aliis vineis in nullo eſt conformis, pro eo quod eſt arbor parva odorifera humilis et leviſſima, corulo quoad levitatem et corticem ſimilis multum, et quoad folia cuidam herbæ quæ dicitur naſturcium aquaticum totaliter eſt conformis. Cui immediate conjunctus eſt fons ille indeficiens, quem fecit dominus Jeſus cum pede ad matris ſuæ dulciſſimæ inſtantiam; quia ibi aliquamdiu cum filio ſuo propter Herodis perſecutionem moram trahens, nimia ſitis aviditate affligebatur. Ipſe enim fons eſt muro undique circumdatus, infra quem ſunt oratoria honeſta, in quibus communiter omni ſabbato chriſtiani peregrini-

grini occidentales jacobitæ et alii ſchiſmatici, de quibus præfatum eſt, et quandoque Saraceni, vigilias devote facientes, laudibus glorioſæ virginis continue inſiſtunt, et ſe et eorum infirmos juxta ipſum fontem lavant et balneant, in loco convenienti et ad hoc deputato; ubi multa præſidia meritis ipſius virginis, etiam ipſa quandoque perſonaliter Saracenis apparente, preſtantur; ſicut nobis juraverunt prædicti cuſtodes, qui eam circa ipſum fontem infinities deambulantem oculis propriis aſpexerunt; cui eſt honor et gloria in ſecula ſeculorum, amen. De aqua vero ipſius fontis, quæ cum bobus rotam trahentibus ſitula extrahitur, ipſa vinea tota irrigatur, et ipſius virtute nutritur; cujus probatio eſt, quod creſcere nullibi in toto mundo poteſt, ut dicitur, niſi ubi copia prædictæ aquæ habetur: præfati autem boves, qui per vices ipſam rotam trahunt, nunquam poſſunt ad hauriendam aquam in die dominica compelli, ſicut nobis narraverunt prædicti cuſtodes, ſed ipſam invitis omnibus obſervant quieti vacantes. Vinea autem ipſa, ut dictum eſt, eſt arbor parva et humilis, cujus ſtipes ſatis eſt ſubtilis et brevis, communiter non habens ultra unum pedem in longitudine, de qua omni anno naſcuntur virgulæ rectæ prioribus præciſis, quæ duarum pedum vel trium longitudine gaudent, et nullum fructum faciunt; ſed circa earum ſummitates chriſtiani, conducti per ipſius vineæ colonos, cum culcitris ſive macheris petrinis corticem cujuslibet in diverſis locis in modum crucis frangunt ſive ſcindunt, et ſtatim per ipſas fracturas ſive ſciſſuras balſamum ſtillando in ſtillicidiis vitreis emittunt; quia melius et abundantius ut aſſerunt ſæpedicti cuſtodes balſa-

mum emittunt, quando cortices ipſarum modo prædicto per manus chriſtianorum ſcinduntur, quam per manus Saracenorum; et hinc eſt quod ad ipſam fundendam ſimiliter chriſtianos conducunt et non Machometiſtas circumciſos et immundos. Ad partem vero aquilonarem ipſius fontis eſt locus, ubi fertur caſtrum Pharaonis fuiſſe, in quo ſunt duò lapides quadrati erecti, quorum unum judicio noſtro ſalvo meliori, major eſt illo Romæ erecto, qui a vulgaribus acus Sancti Petri nuncupatur.

In ſæpedicta autem civitate ſatis prope caſtrum Soldani eſt quidam locus, quo ipſius elephantes cuſtodiuntur; ubi vidimus tres, quorum quilibet ſeorſim catenis ferreis robuſtiſſimis erat per collum et pedes columnis ligneis et palis ligatus; qui abſque dubio quamvis ſint animalia monſtruoſa et non in aſpectu gratioſa tamen ratione ſuæ exceſſivæ magnitudinis atque altitudinis videntur eſſe tantæ fortitudinis, quantam ſacra ſcriptura teſtatur. Et juxta illum locum vidimus unam aliam beſtiam, quæ *geranfak* dicta eſt; in aſpectu pulcherrima et gratioſa, cervo quoad pellem totaliter conformis, collum longiſſimum habens, quod ſumme quando incedit portat erectum; licet enim non ſit magna corpore, omnem equum in altitudine excedit, et ſignanter in parte anteriori, in qua habet pedes in longitudine poſteriores multum excedentes.

Ad partem vero auſtralem prædictæ civitatis, quaſi ad unum miliare; eſt civitas Babiloniæ, quæ eſt ſita in longum ſuper ſæpedictum fluvium; ex cujus oppoſito ad occidentem eſt inſula oblonga in ipſo fluvio, in qua olim fuit ingens et famoſiſſimum caſtrum Pharaonis

raonis de lateribus coctis totaliter conſtructum, cujus fundamenta ſunt miræ ſpiſſitudinis et firmitatis, quæ uſque hodie ibidem apparent et aliqua pars murorum ipſius . . . . . Ad eandem partem ultra memoratam inſulam ad tria miliaria ad radicem deſerti ſunt illa granaria, quæ fecit Joſeph, de quibus ſcribitur Geneſi; et ſunt tria, quorum duo ſunt tantæ magnitudinis et altitudinis, quod potius a remotis videntur montium cacumina quam granorum cuſtodilia: tertium vero licet non ſit multum magnum nec altum in comparatione ipſorum, tamen ab eis in forma et figura in nullo diſcrepat; ipſa enim ſunt in parte inferiori quadratiſſima et ampliſſima, et in parte ſuperiori prout plus aſcendunt magis ſtricta, et ſic ſtricta quod obſervata quadratudine, cacumen cujuſlibet ſe valde ſtrictum demonſtrat et acutum. Hic autem eſt ſciendum, quod ſatis prope eſt via ſubterranea, quæ ducit ſub fluvio præſcripto et civitate præarata videlicet Kayr uſque caſtrum Pharonis de quo dictum eſt, quod eſt juxta vineam Engaddi ſicut fertur, quæ habet in longitudine decem miliaria ſecundum incolarum aſſertionem. Ad plagam vero orientalem ipſius civitatis, quaſi ad unum miliare, eſt illud cimiterium Saracenorum ingentiſſimum et famoſiſſimum, in quo ſunt tot oratoria et edificia ſuper ſepulchra mortuorum conſtructa, quod intuentium oculis civitatem exceſſivæ magnitudinis potius quam cimiterium ſe demonſtrat. Ad plagam etiam meridionalem ipſius civitatis eſt locus, ubi dominus loquebatur Moyſi ſuper eductionem populi Iſraelitici de Egypto; in cujus rei memoriam turris ibidem habetur conſtructa. Hic autem eſt ſciendum, quod ad præfatam civitatem

omnes galeæ et naves, quæ in ſæpedicto fluvio nautico officio reguntur, declinant et ibidem communiter exonerantur. Sæpedicta autem civitas non eſt murata, nec aliis bellicis pugnaculis vel in aliquo munita; quæ licet in comparatione ipſius civitatis De le Kayer ſit parva, tamen quicquid eſt dictum de ea ſuperius, ab iſto loco "quæ licet in comparatione civitatis "Pariſienſis etc," uſque in incluſive "et ſæpedictum "fluvium qui ſibi non approximant" abſque dubio poteſt de ea dici, aſinorum numero ibidem memorato præciſo, quia quamvis ſint multi, tamen in ipſa ad prædictum numerum ſe extendere minime poſſunt. Notandum autem eſt, quod licet iſta civitas ſit ſita ad pedem prædicti montis arenoſi, et ſub illa in longum protenſa, tamen plus diſtat ab ipſo quam ipſa civitas De le Kayr; quia prædictum cimiterium jacet in longum inter ipſam civitatem et ſæpedictum montem arenoſum.

In ipſa itaque civitate eſt eccleſia pulcherrima et gratioſa in honore beatæ virginis conſtructa, quæ Sancta Maria de la Cave nuncupatur; in qua ſub magno altare eſt locus devotiſſimus, in quo latuit, ut dicitur, virgo glorioſa ſeptem annis cum filio ſuo dulciſſimo Jeſu, uſque ad obitum Herodis, *Math.*. quando fugerat cum eo ſociata, Joſepho ab angelo monito, a facie ipſius Herodis, qui nimia crudelitate et immanitate filium ſuum dulciſſimum perſequi non deſiſtebat: et ibidem eſt puteus in lapide cavatus, in quo illum fructum ventris generoſi balneare et lavare conſuevit, et balneatum in ulnis virgineis dulciter ac maternaliter ſatis prope collocare. Et ex ipſius oppoſito ad levam eſt altare in honore ipſius virginis de-

devote conſecratum, ſuper quo frater Simon præſcriptus in feſto purificationis ejuſdem virginis miſſarum ſolemnia celebravit. Hic autem eſt ſciendum, quod iſta eſt eccleſia glorioſa, quam conceſſit Soldanus chriſtianis officiendam, ad inſtantiam domini Willelmi Bonemain civis montis Peſſolani in feſto nativitatis ipſius virginis glorioſæ, anno domini milleſimo CCC^mo XX° tertio; quæ prius, id eſt per tres annos, ipſo Soldano odioſe contra Chriſtum ſeviente, et in chriſtianorum de cinctura necem gladium erigente, minime officiebatur: quo etiam metu mortis multi jacobitarum Chriſtum deum et paſſum ore negantes, porcum viliſſimum Machometum nuncium dei eſſe et prophetam affirmare non abhorruerunt. Eodem autem tempore fuerat deſtructum per manus filiorum Belial monaſterium dominarum viventium ſecundum regulam beati Macharii abbatis; quod erat conſtructum quaſi in medio juxta viam inter prædictas duas civitates, in honore beati Martini epiſcopi et confeſſoris. In quarum eccleſia ſub muro auſtrali requieſcit corpus bonæ memoriæ prædicti fratris Hugonis illuminatoris; qui poſt carteras febricitantes et fluxus ventris correntuoſos ipſum quinque ſeptimanis affligentes diem clauſit extremum, in civitate De le Kayr, XI kal Novembr. in domo unius Saraceni anno præparato.

In prædicta autem civitate eſt etiam eccleſia in honore beati Barbaræ virginis conſtructa, in qua dicitur ejus pretioſiſſimum corpus eſſe reſervatum; quæ nunc minime officiatur, nec a tempore præfatæ perſecutionis officiabatur uſque in hodiernum diem. Hic autem eſt notandum, quod eodem tempore duo

chriſtiani de cinctura videlicet jacobitæ fuerunt, ſicut intelleximus pro nomine Jeſu ſolemniter martirizati in memorata civitate Del Kayr; quorum ſenior capitis truncatione martirium complevit; alter vero ſcilicet junior crucis patibulo conclavatus, et in camelo ferociter per totam civitatem ad chriſtianorum terrorem portabatur; ubi Chriſtum crucifixum mundi ſalvatorem et deum, Saracenica voce ad inſtar tubæ exaltata, evangelizare non poſtpoſuit, et principem demoniorum, progenitum Sathanæ videlicet Machometum conſtanter blaſphemavit; quod audientes filii babilonicæ confuſionis, furore repleti, eum extra civitatem de camelo deponentes, conclavatum gladio abſque pietate interemerunt; et interemptum, videntes per tres noctes, lucem coruſcantem ſuper eum deſcendere de cœlo, igni tradiderunt, ne chriſtiani de ipſius reliquiis gloriarentur, et gloriantes laudarent eternum patris filium, qui vivit et regnat, etc. Item in eadem civitate eſt eccleſia conſtructa in honore beati Michaelis archangeli, quæ ſolemniter ſecundum ritum græcorum continue officiatur; ubi ſtat colegerus ſive monachus, græcorum patriarcha, qui multa bona peregrinis euntibus ad montem Synai facit, conſulendo de via per deſertum, et informando, et quandoque literas recommendatitias glorioſe concedendo, quæ ſunt multum utiles et neceſſariæ; pro eo quod ad pedem præfati montis, qui diſtat per tres dietas, eſt monaſterium græcorum, in quo continue ad minus, ſicut dicitur, centum calogeri ſive monachi morantur; in quorum eccleſia habetur caput beatæ Catherinæ virginis, quod multum reverenter cuſtoditur; de quo, ut dicitur, ſtillat oleum illud ſalvi-

ſalvivificum etiam in hodiernum diem. Item in eadem civitate eſt eccleſia glorioſa, quæ Sancta Maria de la Scale appellatur, et convenienter valde, quia ad eam per viam ſcalarem aſcenditur; in qua eſt una columna marmorea alba, de qua fertur ſanctam Mariam locutam fuiſſe cuidam jacobitæ dilecto ſuper deliberationem chriſtianorum, qui tum nimia Saracenica ferocitate affligebantur, quæ uſque hodie a chriſtianis digna veneratione honoratur: ubi ſtat quidam monachus jacobita, jacobitarum patriarcha, qui manum elemoſinariam ad pauperes et peregrinos intuitu pietatis velut prædictus patriarcha quandoque extendit.

Item in eadem civitate extra portam quaſi immediate ad levam, per quam itur ad Kayr per monaſterium dominarum ſuperius dictum, eſt una domus longa et ſtricta, in qua cum igne de ovis gallinarum pulli in tanta multitudine abſque gallis et gallinis generantur quod numerari nequaquam poſſunt. In ipſa ſiquidem domo ex utraque parte eſt terra elevata ad altitudinem altaris, extenſa ad longitudinem ipſius domus, in qua artificioſe clibani ſive furni conſiſtunt, in quibus ponunt ova innumerabilia, et circa ipſa ignes continue nocte et die uniformiter nutriuntur per viginti duos dies temperatius, vel per viginti tres; ſic quod poſt dictum terminum vel alium ſibi vicinum omnia illa ova pullos in tanta multitudine emittunt, quod menſura et non numero velut triticum venduntur: in cujus veritatis ſignum inter ipſas civitates in ſtrata publica vidimus gallinarum ac pullorum paſtores, quorum aliqui ſecundum noſtram eſtimationem duo milia vel tria ad paſcendum de grano

habebant, quæ de onuſtis camelis et tranſeuntibus cadebant. Item in eadem civitate quaſi circa medium eſt quidam locus, ubi ſtant aliqui Sclavorum Soldani, qui Gazani dicitur; in quo eſt quædam capella parva et devota, in qua ad eorum conſolationem, ſicut et in illa quæ eſt in Kayr, alter noſtrum ſive frater Symon miſſarum ſolemnia quandoque celebrare conſuevit. Hic autem eſt ſciendum, quod de Sclavis ſeu de chriſtianis captivis, qui in civitate prænotata et in Le Kayr et in caſtro memorato et alibi per terram Saracenorum morantur, non eſt ſentiendum quod ſecundum fabulas delirantium mulierum per carreryas tractantur, quæ dicunt eos in jugo ad inſtar boum poni in aratro affligendos, et beſtiarum in colendo et laborando terram beſtialiter vices adimplere; ſed communiter, quamvis libertatis privilegio ſint privati, ſtant competenter bene, et potiſſime cemitarii carpentarii et alii artifices, quia illis ſpecialiter afficitur Soldanus, et eis ſicut aliis omnibus ſecundum eorum merita in pane et pecunia, ſemper pro labore ſatis rationabiliter ſatisfacit; et mulieribus et parvulis eorundem ac aliis captivis ſatis humaniter et panem et pecuniam elargitur: unde ſecundum noſtram eſtimationem, eorum multi, quoad illa quæ ſunt victui neceſſaria, melius ibi ſtant quam in terra nativa ſtarent; tamen eis eſt ad doloris cumulum, quod ad patriam non poſſunt remeare, nec diem dominicum obſervare, quia Saraceni feriam ſextam obſervant, prout ſuperius dictum eſt, quibus neceſſitantur ſe conformare. Unde in alchorano de modo illius obſervationis ſic dicitur, azoara LXXI. "Quando die veneris oratum "vocatur," ſupple vocibus clamoroſis in campanilibus

bus memoratis, in quibus minime ſono campanarum gaudent, " omnis onus fori atque negotium dimittat, " et deum invocatum eat, hoc enim optimum eſt, ſi " ſapitis, oratione quidem terminata diſgredimini veſ- " tra captatum commoda, deumque in ſingulis rebus " invocatum atque precatum, ut ſic veſtra negotia " procedant." Hæc legifer filiorum Belial Machometus. Item ſciendum eſt, quod in ſæpedictis civitatibus de omni ſecta alia ab illorum viri mulieres lactantes juvenes et cani pravæ venditioni exponuntur ad inſtar beſtiarum; et ſignanter indiani ſchiſmatici et danubiani, qui omnes utriuſque ſexus in colore cum corvis et carbonibus multum participant; quia hii cum arabis et danubianis ſemper guerram continuant, atque cum capiuntur redemptione vel venditione evadunt. Unde in alcorano dicitur ſic, azoaro LVI " Increduli, videlicet chriſtiani ſeu alii huic legi " non obedientes, a vobis in littoribus victi uſque " quo multa fiet cædes capita perdant, captivitati vero " firmiter ſtringentur ut ſe bene redimant; lis non " ceſſet ante telorum depoſitionem in terra, pugnan- " tibus utrobique fatigatis. Deus quidem ab illis " vindictam ſumere poſſit, ſed plus vult hos per " illos experiri: omnibus ob dei dilectionem pugnan- " tibus deus facta ſua remunerabit, et eis paradiſum " bonis ditatum tribuet." Item dicitur azoara XVII, " Nullus vir bonus incredulos aggrediens eis terga " vertat, niſi cauſa commodioris adortionis et præ- " munitionis, ſin aliter iram dignam ignemque per- " petuum melamque viam intraret, ſed milites cap- " tos vel captiva vel perime, ut pro hoc ſui caſtigen- " tur poſteri." Hæc primogenitus Sathanæ Machometus

metus humani generis inimicus. Prædicti autem Danubiani, quamvis ab Indianis non ſunt figura et colore diſtincti, tamen ab eis diſtiguuntur per cicatrices longas quas habent in facie et cognoſcuntur; comburunt enim ſibi cum ferro ignito facies illas viliſſimas terribiliter in longum, credentes ſe ſic flamine baptizari ut dicitur, et a peccatorum ſordibus igne purgari. Qui poſtquam ad legem Machometi fuerunt converſi chriſtianis deteriores ſunt Saracenis, ſicut et ſunt Radiani renegati, et plures moleſtias inferunt, quia velut lupi rapaces chriſtianos inhumanitus nituntur devorare et eorum ſanguine recreari. Nam nos cum ferociſſimis Egyptiis parvulos Iſraelitici generis lapidibus plurimum percuſſerunt, et in deſerto necare conabantur, die illo, quo de Kayr verſus Jeruſalem greſſus direximus; pro quibus deum humanum rogamus, ut non ſicut Haaman judæorum perſecutor ſuſpenſi intereant, ſed ut eorum humiliaretur ſuperbia, damnaretur error, illuſtraretur intelligentia, rectificaretur voluntas, et ſpiritus Chriſti ſanguine redempti ſalvi fient. Item ſciendum, quod in præfatis civitatibus tanta eſt eorum multitudo, quod nequaquam numerari poſſunt.

Hæc et alia multa vidimus in civitatibus præſcriptis et in locis Egypti diverſis, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc; tamen unum eſt, quod ſilentio minime debet ſepeliri nec beneficio ſcripturæ privari; videlicet quod in civitate prænotata De le Kayr, heu urgente mundi veſpera et nova infelicitate fortunæ, flavit ventus turbinis de lateribus aquilonis, qui acerbiſſimæ mortis procellam intumuit, et per fluxus ventris correntuoſos in tantum agitavit, quod alterum

noſtrum

noſtrum videlicet fratrem Hugonem capite libri ſcriptum, velut naviculam inter ſaxa febricitantia, in domo unius Saraceni, proh dolor! eliſit prout tactum eſt, et abſque ſubſidii tabula velut themonem avani, animam illius a corpore ſeparavit. Quod cum ego frater Symon præfatus conſpexiſſem, et me tanto ſocio mihi bitumine amoris conſtricto orbatum conſideraſſem, mox ab interjectionis exordio incepi dicere, Væ! væ! et pro mortuo in Egyptiorum littore magdalenice in mœroris laqueos incidi, et in lachrimarum gurgite impegi, et pro Joſeph prædicto jacobitice deſcendere ad inferos concupivi; quia telo meſtitiæ leſa fuerunt viſcera mea, et ut aliquid propheticam loquar, et .... dolores mei facti erant ſimiles doloribus parturientis. O quam amara et quam acerba erat illa graviſſima procella, quæ ſpeculum meum cunctipliciter rupit, et cytharam meam ex gaudio in luctum ſimpliciter mutavit, organa mea non ut judæorum olim in humilibus ſalicibus ſuſpendit, ſed in cedrorum cacuminibus Libani ſupremis collocavit, et me in terra inimicorum velut paſſer ſolitarium dimiſit, et habitantibus in lecto modo dicendi per ſe annumeravit. O quis iſta poſſit abſque lachrimis ſcribere, aut ſine multa cordis amaritudine nunciare. Hoc utique eſt meſtitiarum lugubrium, mœroriſque cordiale rejecto ſolamine ſolertiſſima procuratrix: hæc eſt iſta vorago dentata rapacibus morſibuſque omnium conſumptiva gaudiorum: hæc eſt ſagitta amaritudinis toxicata, quæ viſcera mea abſque pietate transfixit, et ſpiculis meſtitiæ et doloris atrociter vulneravit. O vos romipedes et peregrini, qui tranſitis per viam, me deducite quaſi torrentem in auſtro lachrimas,

non

non taceat pupilla oculi veſtri; quia timor quem timebam evenit, et quod verebar accidit. Heu heu iſtas dies quas expectabamus invenimus vidimus; defecerunt oculi mei præ lachrimis, renuit conſolari anima mea, inebriatus fui amaritudine; quia in me tetendit dominus arcum furoris ſui, et excuſſit ſagittas de pharetra ſua, et graviter tetigit, et ejus feritatis gladium ſicut gygas vibravit, diriſque flagellis me tribulavit, et uſque ad interiora profundis illatis vulneribus ſauciavit: ei ſicut placuit ita factum eſt, ſit nomen domini benedictum. In quo cum fuiſſem de mœroris faucibus quaſi de ſomnio excitatus, oculorum aciem intervenientis me direxiſſem, mox cepi reſpirare et conſolationis pabulo recreari. Conſideravi nempe et interioris mentis meæ libello legi, quod humana conditio pondere fragilitatis oppreſſa inevitabili ſubjacet corruptelæ, et per aſpera quoque progreditur et amara; et quod ſummorum pontificum devota religio, philoſophorum prudentia, imperialis majeſtas, regum ſublimitas non unquam hactenus fugere potuit, nec evitare poterit brevis articulum ſepulturæ. Inſuper legi quod cuncta, quæ in hujus calamitatis exilio conſtituta ſunt, exitum minantur, ut ruina et celeri curſu properent ad occaſum, et quod nihil defuncti decreſcit caſui de viventium luctu et ploratu; fruſtra igitur laborem impendere reputavi quia heu quod perdidi nullo poteſt opere vel ſtudio reparare. Hæc me et talia digerente, doloris laqueos cepi excludere, ſuſpiria conticeſſere, lachrimarum exceſſus viriliter amovere, ſingultus reſorbere, et animam fratris mei et ſocii chariſſimi omnipotenti domino commendare, qui quos diligit corripit,

et

et illos facit vivere quos occidit. Ipſe nempe mortuus non eſt, ſed mutatus in melius, et dies flebiles et tranſitorios commutavit pro diebus felicibus et æternis; introivit in potentias domini cum viatico ſalutis, et in thalamos gloriæ qui non tranſeunt, et aſſumptus eſt de medio pravæ et perverſæ nationis, ut inhabitet perhennitus in ſplendoribus ſanctorum; quia hic pie et religioſe vixit et ſine querela ad loca ſiderea tranſmigravit. Nolite ergo fratres mei cariſſimi de dormiente contriſtari, ſicut et illi qui ſpem non habent; ſed inſtemus pro viribus ut animæ defuncti fervidis duntaxat orationibus et piis elemoſinis profuſius et devotius ſuccurramus, ut ſi quid ſit illi domine dignæ cruciatibus culpæ, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge per Chriſtum dominum noſtrum. amen.

Quo ſepulto, prout ſuperius dictum eſt, lucerna pedibus meis et ſemitis accepta, verſus Soldanum greſſus feſtinatos direxi, qui tunc in caſtro memorato morabatur, una cum quatuor pedicis, qui illuc gratia peregrinandi venerant; a quo, inclitis Januenſibus intervenientibus, ipſius druchemannis id eſt interpretibus mediantibus, glorioſe obtinuimus liberum aditum cum duobus pueris noſtris et uno peregrino ad ſepulchrum domini et omnia oratoria et alia loca devota abſque tributo, et per totam terram ſanctam et Egypti abſque etiam pedagio libere poteramus et pacifice tranſire; in cujus rei teſtimonium literam patentem nobis tradidit ſigno Soldanico infiguratam, quæ fere unam brachiatam cum dimidio longitudinis habet. Unum ſciendum eſt, quod prædictum ſignum eſt quædam figura viliſſima, quæ eſt ad inſtar digi-

digitorum manus cum arundine et atramento depicta, quam ipse Soldanus semper cum propria manu depingit, et nunquam alteri depingendam committit. Et hinc est quod omnes admiraldi et cæteri omnes ad ipsius intuitum se in parte nudatis cervicibus inclinant, ipsum signum reverenter deosculantes, et litteram ipsam extensam quodammodo circa caput et collum in signum obedientiæ volventes sibi imponunt, semper laudes glorioſas honores et reverentias pictori Soldano impendentes. Prædicti autem druchemanni sunt tres, qui quamvis ore sunt renegati, tamen inter mentis ubera Christum verum deum et passum et mundi salvatorem brachiis devotis amplectuntur; quorum senior et principalior, druchemannus natione, ritu vero romanus, et professione pauper, qui frater Assedinus nuncupatur, cum quo moratur quidam frater dictus Petrus, miles de ordine templariorum renegatus et uxoratus; consimiliter duo vero alii sive juniores sunt italici natione, et ritu jacobitæ; qui omnes sunt valde curiales, utique pauperibus et peregrinis multum benefici et utiles, divites namque et domini magni in auro argento lapidibus pretiosis vestimentis aureis et sericis, ac aliis opibus abundantes, et in pompa mundana excessive relucentes; quum omnes a Soldano gratias volentes postulare, vel ad eum accessum habere, necesse est, ut manus eorum inungant affluenter oleo florentino, et eis dona largissima largiantur. Prædictis autem fratribus in illius presentia adhæsi, ut essent mei laboris solatium, itineris sanctæ perigrinationis comites, et meæ conversationis testes, cum quibus sicut inferius statim patebit, post diutinos adversitatis

fluctus

fluctus ad portum anxius optatum et diu desideratum perveni Jerosolimorum, illo indefatigabiliter adjuvante, qui per subsidii tabulam et tutum præsiduum suorum non obliviscitur pauperum afflictorum.

De sæpedicta autem civitate videlicet Le Kayr, conductis duobus camelis et camelario Saraceno LXXXV dragmas, et eisdem impositis, recessimus in crastinum beati Andreæ apostoli, sicut oves inter lupos, et profecti fuimus per desertum arenosum, quo fuerunt filii Israel quadraginta annis, quod est latum et spatiosum nimis, et ipsi civitati contiguum; ubi capta venatione, venit nobis obviam Soldanus et cum eo familia magna et terribilis nimis, in equis mulis asinis et camelis qui superficiem deserti per quinque miliaria cooperiebant: ad cujus veritatis evidentiam est sciendum, quod semper quando vadit venatum aut extra civitatem spatiatum, sicut relatu multorum audivimus, secum ducit triginta milia equites, exceptis camelorum catervis et asinorum armentis, et peditum turba, quæ præ multitudine nequaquam numerari potest, et tamen eorundem ducuntur multa animalia, qualia ab hiis quæ comestioni exponuntur. Prædicti vero cameli sunt onusti tentoriis pane aqua et cæteris victui necessariis, sicut et asini; quia in ipso deserto aqua recens raro vel nunquam reperitur, nec aliquid quod usui humano necessarium, arboribus parvis et humilibus exceptis, quarum perraro presentia habetur, quæ propter suam summam bassitudinem et humilitatem minime umbræ beneficium transeuntibus impendunt nec aliquam aliam consolationem, nisi arabis sive bewynis tantum, qui de ipsis et camelorum fimo et aliarum

besti-

beſtiarum ſolis ardoribus decocto ignem copioſum faciunt, et illo panem ſubcinericum ſibi communiter parant, quem calidiſſimum cum oleo vel melle valde canniter comedunt, alium panem nihil appreciantes nec cibum quaſi in comparatione ipſius. Ipſi quoque in deſerto memorato in tentoriis baſſis nigris oblongis per familias beſtialiter morantur, in quibus minime ſe erigere, nec ipſa niſi reptando ad inſtar ſerpentium intrare poſſunt; inter quos non eſt multum tutum abſque ſocietate magna et bona tranſire, et præcipue de nocte, quia malum tranſeuntibus habita opportunitate nimis libenter inferunt, lupinas ſequentes magis quam humanas. Ipſi namque camelis multum abundant, cum quibus uſque Mecham, ubi jacet corpus illius porci viliſſimi videlicet Machometi ut dicitur, cum Saracenorum peregrinis magno pretio conducti, et uſque Jeroſolimam et Damaſcum et alias civitates cum mercatoribus et aliis itinerantibus vadunt; quia per deſertum abſque camelis eſt difficile tranſire, ſicut experimento didicimus, et cæteri romipedes atteſtantur. Hii autem, quando caſtra ſua movent ſive tentoria, omnia camelis imponunt, et hunc modum habentes; primo enim proſtrato camelo in terram, cellam concavam magnam prope gibbum, quod in dorſo habet, imponunt; et huic cellæ duas gabyas magnas oblongas, quarum unam ad dextram et aliam ad ſiniſtram ſibi ligant, in quibus recolligunt uxorem prolem tentorium molendinum aquam farinam domus utenſilia, et cætera victui neceſſaria; quæ in pane prædicto et oleo, lacte caprino pro majori parte conſiſtunt. Nam habent mel in triplici differentia, unum commune videlicet apium, et artificiata

dua;

duo; unum quidem eſt de quodam fructu cujuſdem arboris, quæ *carub* nuncupatur, et aliud de cannis de quibus fit ſuccura. Deinde ſequuntur ipſi cum capris ſatis ferociter, et armati tantum ſpatis ſive enſibus, quas ſuo in dorſo imponunt, baculis, lanceis, quarum haſtæ communiter cannæ ſolidæ; quorum nobiles ad inſtar Saracenorum veſtiuntur, excepto quod eorum habitus quoad manicas et alias extremitates eſt longior et monachorum griſeorum albæ cucullæ magis conformis. Prædicti vero camelarii multum conformiter ipſis induuntur, et cum hoc exterius portant veſtem viliſſimam virgultatam de lana groſſa ſeu de pilis camelorum contexta, quæ in figura maximam cum colobio ſive tabardo habet conformitatem, excepto quod in lateralibus non claditur, nec alia parte ſui ſuitur.

Cæteris prætermiſſis, quæ ad ipſorum luporum deſcriptionem pertinent, venimus villam magnam ſive caſale nomine Delbeys, quæ diſtat De le Kayr per unam dietam regalem, et eſt ſita ad radicem deſerti præarati, inter quam et mare eſt quædam contrata pulcherrima, quæ in copia bladi ſumme gaudet, et floribus decoratur; in ipſa ſiquidem cameli aſini conductitii et victui neceſſaria, ſicut ubique eſt in tota terra Egypti. Hic autem ſciendum, quod duo cameli noſtri, de quibus tractatum eſt ſuperius, quatuor e nobis et proviſionem memoratum una cum proprio pabulo per deſertum portabant, et plura ſi habuiſſemus nimia fortitudine prædicti portaſſent. Inter quos ego frater Symon cum Johanne puero meo in arena et eorum ſimo abſque alio continue dormivi omni beneficio privatus, tantum ſtellato

coopertorio cooperatus, et ipſis ac aliis beſtiis ſociatus, et undique inimicis vallatus; quorum jugum graviſſimum in collo portavimus, in tantum quod vix urinam ſtando in eorum preſentia neceſſante me natura facere audebam, quia ipſi ſicuti et Saraceni nunquam niſi ad modum mulierum urinant, et cum hoc ſemper poſteriora ſua reſpiciunt; affirmantes quod omnis qui urinam ſtando facit, deum omnipotentem offendit, et ipſius maledictionem abſque dubio incurrit. Ubique, quandoque beſtiarum fimus, quandoque arenæ cumulus preſtabat ſub capite officium pulvinaris, et ſi venearum ſarmenta illuc pro lectulo affuiſſent, Francorum lectiſterniis procul dubio equivaliſſent.

De præfata autem villa, videlicet Delbeys, greſſu feſtinato profecti ſumus per deſertum memoratum, et venimus villam, que Salathia dicta eſt; quæ maximam affinitatem in ſitu et abundantia victualium cum prædicta villa habet, et ſupra modum in avibus aquaticis abundat et ſignanter annatibus; quia in ipſa octo duabus dragmis, et geles decem etiam duabus dragmis communiter venduntur. Hic autem eſt ſciendum, quod per memoratum deſertum flantibus ventis validis itinerare eſt impoſſibile, quia arena propter ſuam nimietatem inexplicabilem et ſubtilitatem ventis ipſis in aëre rapitur et elevatur, in tantum quod via ambulantibus non patet, nec oculus cœli ſerenitate gaudere valet.

Et inde properantes venimus villam nomine Cathiam, quæ eſt quaſi in corde deſerti, undique arena profundiſſima vallata, quæ diſtat a Salathia per duas dietas per deſertum tedioſiſſimas; ubi inveni quendam

dam nobilem admiraldum chriſtianum, ore tamen renegatum, natione armenum, videlicet provinciæ cuſtodem et pedagii collectorem, peregrinorum pium benefactorem et clementem elemoſinarum largitorem: viam autem cuſtodit ſic, quod nullus poteſt in Egyptum de terra Inda deſcendere, nec inde abſque ſui licentia remeare; et hoc ſatis elenchice ſive cauteloſe, nam ipſa villa, ut dictum eſt, eſt totaliter in deſerto ſita, et undique ipſo vallata, et in nulla parte munita, nec in aliquo obſtaculo dotata, quo minus poſſunt tranſeuntes impediri. Et hinc eſt quod omni nocte poſt ſolis occaſum, nunc prope ipſam villam, nunc remote ab ea, nunc in uno loco, nunc in alio, ex tranſverſo viæ ad caudam equi trahitur unum ſcorium aut nacla in longum per ſex vel octo miliaria, vel per aliud ſpatium majus vel minus ſecundum prædicti admiraldi diſpoſitionem, quod ita ipſam arenam planam reddit, quod impoſſibile eſt hominem vel beſtiam tranſire, cujus veſtigia ipſum non accuſabunt tranſeuntem. Et communiter omni die ante ſolis ortum cum equitibus ad hoc deputatis diligenter de capite ad aliud viſitatur, et quando peditum veſtigia vel equitum per eos reperiuntur, ſtatim tranſeuntes inſequuntur, et capti velut tranſgreſſores mandatorum Soldani graviter puniuntur. Prædicta autem villa in comeſtibilibus ſumme abundat, et ſignanter in piſcibus marinis et in fructibus, et potiſſime in dactilis, et pomis paradiſi, de quibus ſuperius dictum eſt. Hic autem eſt ſciendum, quod inter Salathiam et iſtam Cathiam morantur quædam animalia periculoſa, quæ homines libenter invadunt et interficiunt, quæ quamvis ad quantitatem luporum ſe non extendunt, tamen infinita ferocitate et malitia to-

talier conveniunt. De prædicta autem villa, habita conſolatione ſpirituali et recreatione corporali cum prædicto admiraldo, profecti fuimus per memoratum ſæpedictum deſertum, et venimus civitatem nomine Gazaram, quæ eſt in terra quæ olim dicebatur terra Philiſtinorum, et in qua Sampſon cum eorum principibus oppreſſus domo interiit. Ipſa utique civitas eſt abundans in omnibus quæ ſunt uſui humano neceſſaria; in ea enim ſunt multi chriſtiani de cinctura, de quibus ſuperius dictum eſt; ad cujus eltam declinant omnes peregrini franci, qui de Egypto in Jeruſalem vadunt et e contra, et extra eam in parte orientali immediate requieſcunt, altitudinem cœli pro domo habentes. In ea utique reperiuntur cameli et aſini conductitii innumerabiles, et ſicut in relatu multorum audivimus, quod ſunt equites duo milia, qui in nullo a prædictis equitibus diſcrepant, ſed per omnia conveniunt. Ipſa utique civitas eſt hortalitiis viridariis arboribus fructiferis, et potiſſime ficuum bene dotata; quia ſæpedictum deſertum quaſi ex toto exſpirat ante per ſex miliaria quam ad eam pervenitur; ubi eſt quædam villa, in qua omnes tranſeuntes pedagogium ſolvere compelluntur. Hic autem eſt ſciendum, quod in ſæpedicto deſerto, ſemper in fine cujuſlibet dietæ reperitur locus muratus, qui fundus nuncupatur, ubi omnes tranſeuntes poſſunt requieſcere tute abſque aliquo tributo, et aquam animalibus adaquandis reperire, quæ omnia ſunt facta per Soldanum et ordinata ad tutamen et ſecuritatem tranſeuntium; quia in ipſo deſerto morantur bedewini et arabes, de quibus ſuperius dictum eſt; qui inſidiantur tranſeuntes, ſicut leo in ſpelunca ſua animalia.

De prædicta autem civitate tranſeuntes venimus quaſi per duo miliaria, ubi eſt via furcata, quarum quæ eſt ad dextram ducit ad urbem antiquiſſimam, quæ dicitur Ebron, quæ eſt ſita in agro damaſcenorum, et olim erat philiſtinorum; in qua deus Adam primum patrem plaſmavit, et in qua ſepulti ſunt quatuor reverendi patres noſtri in ſpelunca duplici, videlicet Adam Abraham Iſaac et Jacob, et eorum uxores videlicet Eva Sara Rebecca et Lya; quam omittentes venimus ad radices montium Iſrael, quæ contracta eſt in aſpectu pulcherrima, ſicut eſt tota terra, quæ quondam erat philiſtinorum, quorum memoria nunc tradita eſt oblivioni; et inde montes pulcherrimos in valles Iſrael uberrimos tranſeuntes venimus ad quoddam monaſterium, in quo morantur monachi ſchiſmatici videlicet cumani; in quorum eccleſia ſub majori altari eſt locus, ubi inciſum fuit pretioſiſſimum lignum crucis, quod diſtat a Jeruſalem per unum miliare.

Et inde, viſitato devoto loco reverenter et devote, recedentes venimus civitatem ſanctam Jeruſalem; quæ olim erat domina gentium, princeps provinciarum, civitas legalis et ſacerdotii etc, nunc autem facta ſub tributo, Saracenica ferocitate oppreſſa, ad chriſtianorum maximam confuſionem, et filiorum Belial gloriam et honorem; cujus muri ſunt deſtructi, et templum funditus everſum, domino prædicente "Non relin-" quetur lapis ſuper lapidem," et Zacharia propheta canente "Habitabitur Jeruſalem abſque muro etc. "Heu non eſt qui conſoletur eam ex omnibus caris "ejus."

Hic autem eſt ſciendum quod ipſa civitas olim fuit ſita pro majori parte in monte Syon, qui mons, licet

non non ſit magnus, tamen eſt fortiſſimus, et ſignanter in parte auſtrali, et ſupereminens civitati, et circumdatus valle Joſaphath pro magna parte, ſic quod ubi exſpirat vallis, ibi fuerunt foſſata ampliſſima et profundiſſima in rupibus cavata, quorum veſtigia uſque hodie ibidem apparent et ipſius civitatis firmitatem et fortitudinem luculenter demonſtrant. Hic autem mons ſe extendit in longum ad auſtrum et aquilonem; in cujus parte auſtrali ubi exſpirat fortitudo vallis, fuit ad tutamen et defenſionem ipſius ædificata illa turris famoſiſſima et imperialiſſima David, quæ nunc eſt reædificata per Saracenos, et fortaliſſimum Soldani, et diſtat oblique ab eccleſia, in qua eſt ſepulchrum glorioſum domini, fere quantum eſt unius ſagittæ tractus. Ad cujus partem aquilonarem immediate eſt quædam porta, per quam intrantes, civitatem intravimus, et venimus ad eccleſiam prædictam laudantes et benedicentes dominum, qui nos ibidem ſuo pretioſo ſanguine redemit. Ipſa vero eccleſia magna eſt et pulchra, cujus navis ſphericæ figuræ facta ex toto ad inſtar columbaris, hoc excepto quod eſt ſita ſuper columnas et habet in circuitu deambulatorium; in cujus centro eſt quædam capella parva marmorea, in qua eſt ſepulchrum domini glorioſum, quod habet in longitudine tantum novem palmas, et eſt coopertum in toto lapide albo marmoreo, ſic quod nullubi poteſt tangi nec videri niſi per tria foramina parva, quæ ſunt in ipſius parte auſtrali: exterius autem in parte aquilonari ipſius, quæ eſt contigua muro ipſius capellæ, eſt quædam lampas, quæ ſemper accenditur per unum cologerum ſive monachum cumanum, qui ſemper

cum

cum uno ſocio moratur. Et ex ipſius oppoſito in parte auſtrali eſt quædam lampas infra capellam præfatam, quæ omni ſabbato ſancto igne deſuper miſſo infallibiliter accenditur ad gloriam Chriſti viventis et reſurgentis in ſæcula ſæculorum amen. Portæ vero ipſius eccleſiæ in parte auſtrali ſunt, quarum orientalior eſt clauſa muro lapideo; ex quarum oppoſito extra eſt locus quadratus pulcherrimus lapide albo totaliter pavimentatus, circa cujus medium eſt locus, ubi dominus noſter afflictus pro nobis requieſcebat, dum crux in monte portabatur.

Ex parte orientali ipſarum portarum infra eccleſiam ipſam eſt mons Calvariæ, ad cujus ſummitatem, ubi eſt foramen rotundum in quo fuit crux Chriſti fixa, ſunt XVIII gradus, et de gradu ſuperiori uſque ad foramen ſunt X pedes, ad quod dicitur de ſanguine domini per montis fiſſuras cucurriſſe. Ex parte vero auſtrali ipſius foraminis apparet manifeſtiſſime qualiter in Chriſti paſſione erat fiſſa a ſummitate equaliter uſque deorſum; ubi fuit inventum caput Adæ ut dicitur, et juxta illam fiſſuram quaſi immediate eſt altare devote conſecratum. De pede autem prædictorum graduum verſus orientem uſque ad portam eccleſiæ ſubterraneæ, per quam deſcenditur ad locum ubi Helena Conſtantini mater invenit lignum crucis ſunt XI paſſus; et de porta ipſa uſque ad primum gradum ſunt VII pedes, et poſtea ſunt XXIX gradus per quos deſcenditur; ad quorum pedem eſt eccleſia gratioſa, quæ fabricata eſt ſuper quatuor columnas marmoreas, in qua ad orientem eſt unum ſolemne altare, et aliud altare quod eſt ad aquilonem.

De pede autem prædictorum graduum usque ad alios XI gradus sex passus, et de pede illorum XI graduum usque ad locum ubi fuit inventa sancta crux quinque passus magni, et juxta illum locum est altare ex lapibus devote consecratum. De pede vero illorum graduum, per quos ascenditur usque ad montem Calvariæ, usque ad locum ubi laverunt Nichodemus et Joseph et cæteri corpus domini Jesu, qui est recte ex opposito portæ ecclesiæ sunt quatuor passus. De pede autem prædictorum graduum versus eandem partem usque ad sepulchrum domini sunt XXXI passus. De sepulchro domini usque ad locum in quo apparuit Magdalenæ, qui est quasi ad partem aquilonarem sepulchri sunt septem passus. De prædicto vero graduum pede transeundo per chorum versus aquilonem usque ad partes columnæ, ad quam dicitur dominum ligatum fuisse et flagellatum sunt XXXXVI passus, quæ jacet sub quodam altari, et satis prope pars magna principalioris columnæ, cujus alia pars est Romæ. De sepulchro domini usque ad locum, in quo lamentabatur beata virgo Maria filium suum in cruce pendentem qui est ex opposito ipsius montis in parte aquilonari ecclesiæ, sunt XVIII passus. Et de sepulchro versus orientem infra ostium chori usque ad foramen rotundum, in quo posuit Christus digitum dicens hic est medium mundi, sunt XIV passus. Prædicta autem turris est sita in monte Syon, ad cujus partem quodammodo australem est monasterium superiorum, quod nunc per eos officiatur; in quorum ecclesia est caput beati Jacobi apostoli ut dicitur. Et ultra ad eandem partem est ecclesia, in qua est lapis ille in loco altaris super quatuor columnas, de

quo

quo dicebant mulieres, " quis revolvet nobis lapi-
" dem etc;" et in eodem monte ſunt altaria multa devota, quæ nunc quaſi totaliter ſunt deſtructa, ſecundum quod inferius in locario luculentius apparebit. Item ex oppoſito prædictæ turris ad orientem eſt locus in quo fuit olim caſtrum, quod tantum diſtabat, quod nulla ratione potuit a ſæpedicta turri protegi nec defendi, niſi forte cum machinis, cujus oppoſitum habetur in libro de proprietatibus rerum, ubi nunc eſt eccleſia Saracenorum, quæ eſt ſphericæ figuræ, ad quam nullum chriſtianum permittunt accedere.

deſunt cætera.

ITINERARIUM,

SIVE LIBER

RERUM MEMORABILIUM

WILLELMI BOTONER

DICT. DE WORCESTRE.

c. 1490

Ex Cod. autographo autoris in bibliotheca Coll. Corp. Christi Cant. N°. 210.

Quo commodius Lector consulere possit hanc miscellaneam farraginem; quam in Itinerario, seu potius Adversariis suis congessit Willelmus de Worcestre, visum est hîc, quasi uno intuitu, ante oculos ponere res notabiliores quæ in singulis paginis occurrunt.

De obitibus fundatorum ecclesiæ S. Mariæ de Tyntern & descriptio ejusdem 77
De fontibus fluviorum Avyn, Thamesiæ, Frome, et Castelcombe - - - 79
De castro Yessandebry super le playn de Salesbery - - - - 80
Descriptio ecclesiarum de Romesev, Sarum, et Wilton, cum excerptis ex obituariis - 80
Descriptio ecclesiarum de Radclyff, et Tyntern, et de Willelmo Canyng - - 82
Epitaphium regis Gulielmi I. - - 83
Excerpta ex chronico Gildæ - - 84
De nobilitate Andreæ Agard, de maneriis de Rye et Enneth, et de castellis de Bokenham et Honnesdon - - - - 86
De hospitio ducis Bedfordiæ - - 89
De aquis quæ currunt per Kirton & Lamport 90
Excerpta ex martirologio de Newnam - ibid
De sepulturis quorundam sanctorum - 91

De ecclesia de Newnam, castello et ecclesia cathedrali Excester, de Azwater, Comarch et Bridgewater - - 92
Nomina castellorum et turrium in Devonia 94
Itinerarium Cornubiæ ad occidentalem suum finem - - - - 97
De insulis occidentalibus - - 98
De navibus Wellelmi Canyngs - 99
De monasteriis de Bukelonde et Bodnam, et de obitibus ibi inventis - - - ibid
De flumine apud Falmouth - - 101
De ecclesia montis S. Michaelis in Cornubia ibid
Nomina principalium fluminum in Cornubia 103
De obitibus et sepulturis sanctorum - 105
De castris de Lidiford et Okehampton - 106
Excerpta ex kalendario de Bodman - 107
De ortu fontium & aquarum fluminum in Cornubia et Devonia - - 109
De insulis in ore maritimo Cornubiæ sitis 110
De villa de Bodman cum excerptis ex martirologio et kalendario - - - 111
De quibusdam sanctis - - 113
De morte Nicholai Radford - 114
De ecclesia de Tavystoke - - 115
De ecclesia parochiali de Lyscard - 116
De ponte Bristoll et capella
De diversis castris et aquis - 117
Homines lanceati Gryffith Don arm. apud captionem Domini Gawcourt - - 118
De ecclesiis Bristoll et Glastynberi et Radclyf 120
Nobiles et generosi occisi apud Hedgecote-field ib.
De obsidione castri Mont-Michael - 122
De fundatione collegii Penryn - ibid
Itinerarium per Cornubiam - 123
De ecclesia de Penryn - 128

De

De Brockmanno et progenie ejus - 129
De comitibus Pembrokiæ - - 131
Villæ in Domesday - - 132
Itinerarium de Waar ad montem Michaelis 132
De ponte de Chepstow et ecclesia Wellens'. 133
De ecclesiis de Glastynbery et Launceston 134
Nomina liberorum tenentium in Aile - 135
De ecclesiis de Brygge-water & Kiatan 136
Aquæ plures currentes per Salysbery - 138
Excerpta ex kalendario de Hyde prope Wyncheiter - - - 139
Descriptio ecclesiæ Wyntonensis - 140
De insulis in meridionali partæ villæ Hampton ibid
Excerpta ex kalendario - - 141
Diarium itineris a Norwyco ad montem Michaelis et inde ad Londinum - - 142
De rupibus in Wallia - - 147
De insulis Nor-Walliæ ex Giraldo Cambrensi 148
De ecclesiis de Mochely et Wellensti - 150
Insulæ Hiberniæ ex parte meridionali Scotiæ 151
De insulis in Severn - - 154
Excerpta ex kalendario & de fundatoribus prioratus de Brecknock - - 156
Excerptiones de antiquis chronicis Britonum 157
De Waltero Brens et sobole ejus - 159
Capitanei et homines armati ad bellum de Vernellie - - - 160
De damasella de Dygeon falsas literas et sigilia fabricante - - 161
Comœdia ad monasterium de Hulmo A D. 1477 161
De Rodolpho domino Cromwell - 162
De multis Sanctis - - 163
De familia de Braunche - 164
De ecclesia Sancti Pauli London - 166
De ecclesiis, plateis, vicis, et aliis memorabilibus civitatis Bristoll. 166 et seq.

Fons factus de bonis W. Canyngs 189. 237
Collegium Capellanorum ejusdem - 191
Domus presbiterorum Canyngys - 196. 206
Domus patris Willelmi de Worcestre - 206
Gardinum ejus - - - 208
Excerpta ex Mariano Scoto - - 209
Turris Canyngs pulcherrima - 254
Nobiles ex parte regis apud le jorney de Wentyng - - - 246
De ecclesia de Jernemuthe - ibid
De monasterio et ecclesia de Bery - 257
De civitate de Hereford - - 259
Quod cives Nordovicenses et Jernemuthenses visitaverunt matrem regis apud Hulmum - 261
De insula sive rupibus Blake-stonys - 262
Way from Bristow to Chester, et de pontibus super Sabrinam - - - - 263
De Henrico I. de Anglia et Hibernia - 264
Catalogus operum Johannis Grosthead - 266
De Johanne Say, et de navigatione incepta a Bristollia ad Bralylle - - - - 267
De parentela autoris - - - 276
De Cyrencestre Cotyswold, et de fontibus Tamisiæ et Avyn - - - 277
Excerpta ex libro cronicorum - - 280
De Oxforth - - - - 281
De ecclesia de Sheen-Syon - - 282
De militibus apud bellum de Vernoyle creatis ibid
De monasterio de Malmesbery et ecclesiis de Castelcombe et Radcliff - - - - 283
De aula episcopi et ecclesiis cathedralibus Barhon. et Wellen.; et de operibus magnificis factis per episcopum Bath et Wells - - 284
De cursu aquæ de Usque - - 287
Descriptio cavernæ dictæ Woky hole - 288

Ecclesia

Ecclesia Wellensis - - 290
De piscatione in aqua de Woky-hole - 291
De castellis prope Wellys - - ibid
Descriptio monasterii Glastoniæ - 292
——————ecclesiæ S. Katherinæ prope Bristoll 294
De castris Nevillorum - - 295
Descriptio ecclesiarum Oxoniæ - - 296
——————Kingston Sheen - - 297
——————ecclesiæ de Eton - - 292
Excerpta de Gilda - - - ibid
Descriptio monasterii de Abyngdon - 300
De edificatione claustri ecclesiæ Norwycensis 302
Excerpta ex chronico de vita sanctorum 303
Descriptio abbatiæ de Hulmo et diversarium ecclesiarum in civitate Norwicensi - - 305
Excerpta ex kalendario fratrum Augustinensium Norwici civitatis - - - 307
Descriptio ecclesiarum de Bury et Thetford 308
Villæ et portus insulæ de Man - 311
Insulæ et flumina Islandiæ - - 313
De Suecia et Denmark - - - 315
De repulsa Francorum apud Califfam - 316
De cursu fluminum Wye et Usk - 319
De familia de Fastolf - - 320
De obsidione Castre Fastolf - - 321
Nomina fluminum in Wallia - - 325
De bello apud Mortymer-cross - 327
Domini et generosi in comitatu Herefordiæ 329
Castella in eodem comitatu - - 331
Ecclesia de Hulmo - - ibid
De genere Nevyllorum - - 332
Descriptio ecclesiæ S. Petri Norwici - 333
De Combewelle et Makstoke - ibid
Descriptio ecclesiarum de Hulmo et Walsyngham ib.
Excerpta ex chronicis - - 336

Nobiles

Nobiles ſepulti in monaſterio de Hulmo - 339
De Jernemuth - - - 343
Abbates monaſterii de Hulmo - 346
Excerpta ex Chronicis - - 349
De edificationibus Richardi Beauchamp comitis Warwici - - - 352
De aqua Derwent - - 354
Pontes Cornubiæ - - - 356
De familia de Gough - - 347
De pluribus aquis et inſulis - - ibid
De le reſcus de Cane - - 360
De temporibus quibus ordines religioſi inſtituti ſunt et de abbatiis ordinis Premonſtrenſis - 362
De obitibus diverſorum ex familiis de Hemengrafe et Thorp - - - 363
Notæ hiſtoricæ - - - 366
Manerium de Eye dirutum - - 367
De captione Caſtre-faſtolf - - 368
W. de Worceſtre preſentat epiſcopo Wintonienſi verſionem Anglicam Tullii de ſenectute ib.
De civitate Norwici - - 369
De hoſpicio Thomæ Beauford ducis Exceſtriæ 370
Nomina eorum qui fuerunt cum duce Norfolciæ cum fere ſubmerſus fuit - - 374
De Jernemuth - - - 375

Adde

Adde INDICI.

Britanniæ longitudo et latitudo - - 265
Bryke, ædificia de - - - 87
Canynges Will. 82, 99, 189, 191, 196, 206, 237
Monachus roſtratus - - - 198
Naves Votivæ - - - 191

London, January 1, 1782.

THE remaining Copies of the *Itineraria Symmis Simeonis et Wilhelmi de Worceſtre*, of which Two Hundred and Fifty Copies only were printed, may be had of Mr. *Benjamin White*, Bookſeller, in Fleet-Street, at the Subſcription-Price of Ten Shillings and Sixpence; and this Table of Contents, now firſt added to *William de Worceſtre*, may be had gratis, by the Subſcribers and former Purchaſers.

ITINERARIUM

WILLELMI DE WORCESTRE.

DE obitibus fundatorum et de genere propinquo eorum, eccleſiæ Sanctæ Mariæ Tynterniæ, ut in antiquo kalendario inveni regiſtratum.

Comes Gilbertus 6 die januarii obiit.

Comes Robertus Attrabatenſis obiit die 8 februarii.

Iſabella comitiſſa Pembroc obiit die 9 martii.

Ricardus rex Angliæ primus obiit 27 die martii.

Matilda comitiſſa Warennæ obiit 29 die martii.

Walterus fundator eccleſiæ Sanctæ Mariæ Tynterniæ obiit die 10 martii.

Richardus comes mareſcallus obiit 15 aprilis.

Richardus comes obiit die 20 aprilis.

Sibilla comitiſſa mater Willelmi comitis de Penbroke die 3 junii.

Galfredus mareſcallus comes de Pembroke obiit die 27 junii.

Margareta comitiſſa Bleſenſis obiit die 12 julii.

Radulfus Bloeth junior obiit 13 die julii.

Johannes rex Franciæ obiit 14 die julii.

Ludowicus rex Franciæ obiit die 6 novembris.

Elizabet comitiſſa V. 19 die novembris obiit.

Blanchia regina Franciæ obiit die 28 novembris.

Margareta comitiſſa Flandriæ obiit die 4 decembris.

Be-

Berengerus et comitiſſa ſoror ejus obiit 23 die decembris.

Anſelmus mareſcallus obiit 24 die decembris.

Matilda de Clare comitiſſa Gloceſtriæ et Hereford-diæ obiit die 29 decembris.

Rogerus Bygod comes mareſcallus, qui edificavit eccleſiam Tynterniæ obiit die 7 decembris ſuper litteram E, ut in kalendario religioſorum Tynterniæ.

Thomas de Brotherton mareſcallus Angliæ die 24 auguſti obiit.

Memorandum quod anno 30 regis Edwardi primi Angliæ, id eſt anno Chriſti.... Rogerus Bygot comes Norfolciæ dedit eccleſiæ de Tyntern dominium de Eccle ac eccleſiam S. Edwardi de Halberyate cum omnibus eorum pertinenciis.

Longitudo eccleſiæ Sanctæ Mariæ Tynterniæ continet 75 virgas.

Latitudo corporis eccleſiæ continent 13 virgas et dimidium.

Latitudo elæ ex parte boriali continet 6 virgas.

Latitudo elæ ex parte meridionali 6 virgas.

Item in dicta eccleſia ſunt ex parte auſtrali 10 archus, et inter quamlibet columpnam ſunt 5 virgæ longitudinis cujuslibet dictarum 10 arcuum.

Item ſunt in parte inferiori dictæ eccleſiæ ex parte auſtrali 10 feneſtræ magnæ longitudinis. Item in le ovyrhiſtorie ſunt 10 feneſtræ de conſimili operatione.

Et 10 feneſtræ principales ex parte boriali eccleſiæ, et quælibet feneſtra continet duas magnas panellas feneſtratas.

Item in le ovyrhiſtorye ſunt conſimiliter 10 feneſtræ principales, et quælibet feneſtra continet duas panas

panas vitratas ſecundum proporcionem quamvis non ſecundum quantitatem feneſtrarum tocius eccleſiæ Weſtmonaſterii prope Londoniam.

Latitudo orientalis feneſtræ ante magnum altare continet 8 pannas glaſatas cum armis Rogeri Bygot fundatoris.

Et in orientali parte duarum elarum orientalium, in earum duabus feneſtris, quælibet feneſtra conſtat ex tribus panis vitreatis ſine armis.

Item longitudo chori conſtat ex IIII arcubus ultra quantitatem areæ quadratæ campanilis principalis in medio chori, quæ continet . . . virgas.

Sic in toto longitudo chori cum area campanilis continet . . . virgas.

Item altitudo voltæ tocius eccleſiæ ab area eccleſiæ continet XI anglice vetheyms, et quolibet vethym conſtant ex . . . pedibus ſeu . . . virgis.

Longitudo de le croſſe-yle, id eſt brachiorum eccleſiarum, tam ex parte meridionali quam boriali continet 50 virgas, id eſt 150 pedes.

Item quadratura ſpacia areæ campanilis in medio chori eccleſiæ ſcitæ continet in longitudine 12 virgas.

Item dicta quadratura campanilis continet in latitudine 12 virgas.

Item feneſtra principalis meridionalis atque ſeptentrionalis vitreata continet VI panas glaſatas magnæ altitudinis.

Principium aquæ de Avyn. Prima aqua et fons eſt Calxſtone extra montem vocatum le Oldbery in le daale, et vadit per Calle : alius fons vocatus Panwelle incipit in villa de Cheryelle per II miliaria ultra Calle in parte boriali de Calxſton, et vadit per Calle, et ibi duæ aquæ

aquæ obviant apud Comerford prope Calle; tercia aqua vocata Avyn incipit per III miliaria de Weſtmalmeſbery apud Sherſtone, et vadit per Malmeſbery Somerford DaunteſeySegrefe Criſten-malford Kayleways, et cadit in aquis precedentibus per unum miliare de Chypenham, et per Lacok Milkyſham Bathe et Keynyſham et Briſtoliam.

Fons Thamiſiæ incipit apud Kebille villam per 7 miliaria ultra Tetberrye et vadit per Tyffeyn.

Frome aqua Briſtolliæ incipit apud Horton villam, diſtans a villa Oldſobbery per unum miliare ex parte boriali, per XI miliaria de Briſtollia verſus borialem plagam.

Caſtrum antiquiſſimum vocatum Yeffandebry ſuper le playn de Salyſbery ſcitum, ut creditur tempore Arthuri regis deſtructum, ſolummodo de terra fundatum.

Caſtelcombe aqua incipit apud Kyngtón per unum miliare et dimidium in parte occidentali de Caſtelcombe verſus Briſtolliam anglice Undertoldownehille.

Aqua de Salſbery una habet originem circa Fromſelwod, et vocatur le Borne.

Aqua alia habet originem ultra prope Martford villa, et currit per Colyborn et Awmeſbery-abbey ex parte boriali de Salyſbery.

Aqua alia incepit in parte meridionali Salyſbery apud . . . . . et cadit in mare apud Criſtchyrch prope Hampton.

Aqua majoris fluminis currit per pontem Stokebrygge, incipit circa villam de Redyng et currit prope Andevyr.

Homines lanceati Gryffith Don armigeri apud capcionem domini Gawcourt.

Johannes Mabbe de Kedwellylond.
Johannes Whyte.
Galfridius Doore.
Geffrey Harflete.
Johannes Davy.
Johannes Gryffyth.
Howel ap Gryffyth.
Davy frater ejus.
Jevan de Vawres.
. . . . Ragland.

Gryffyth Don habuit 3 filios in Francia; Robertus Don non maritavit; Henricus Don in Francia maritavit filiam Sir Roger Vagham chevaleri, et mortuus [eſt] apud Banbery-felde; tercius filius minor Johannes Don, qui maritavit filiam domini de Haſtyngys chamberleyn regis.

Sir Herry Ogan chevalier, fuit in Francia, de Pembrokeſhyre, et maritavit filiam Willelmi Thomas cheva-

chevalier; qui Sir John Ogan chevalier obiit apud Banbery-felde.

Sanctus Doenwen, virgo et confeſſor, jacet in inſula Angleſey, in eccleſia capellæ Donwem per 2 miliaria de Newborough, et ejus dies agitur die prima dominica poſt ad vincula, et ſunt niſi duo cottagia in dicta villa.

Sanctus Murrok preſbiter jacet apud villam de Rithyn; per 27 diſtat ab Angleſey.

Ceowulfus rex poſt octo annos regni regem exuens in Lyndisfarnenſi eccleſia monachatum accepit, et juxta Beatum Cuthbertum ſepulturam, et multa ſuperna demiſſa miracula.

Edebardus rex conſanguineus Inæ regis ſucceſſit in regnum, et Cuthredo cognato ſuo regnum reliquit, et Wynburniæ ſepultus: hic Gleſtyngenſi eccleſiæ multa beneficia intulit, et privilegium in hæc verba conceſſit.

In nomine domini noſtri Jeſu Chriſt, ego Cuthredus rex Yeſtſaxonum univerſa priorum regum ſubpeticia Chentwines, Baldredes, Kadwallan, Jenas, Edclardes et Thebaldes reges Merciorum, in villis et in vicis atque agris ac pratis, maſſiſque maribus, ut eſt priſtina urbis . . . . . Gleſtynge corobata, ſicque propriæ manus ſubſcripcione cruciſque ſigno confirmatum hoc donacium ſtabilivi jure gratum et ratum regum predictorum decerno durare, quamdiu vertigo poli terras circa ethera ſiderum juſto moderamine volvet. Si quis autem hujus meæ donacionis teſtamentum tirannica fretus inſolencia qualibet occaſione interrumpere atque in irritum deducere viſus fuerit, ſit a conſorcio piorum ultimo ventilabri examine ſe-

gregatus, rapaciumque collegio combinatus, &c. Exemplar hujus largicionis pervulgatum eſt in dicto cenobio ſub preſencia Cuthredi regis, quod propriæ manus munificentia alterio ſacro commendavit, in ligna baſilica, qua abbates Hengyſly ſartofactum ſorciuntur in die Ann. ab incarnacione domini 745.

Longitudo capellæ pontis Briſtolliæ 36 ſteppys.

Longitudo pontis Briſtol. 140 ſteppys.

Longitudo portæ eccleſiæ Glaſtynbery continet 24 ſteppys.

Et ejus latitudo continet 12 ſteppys.

Longitudo chori eccleſiæ monaſterii Glaſtynbery continet 74 ſteppys.

Latitudo chori et eccleſiæ circa orientalem partem dictæ eccleſiæ continet 40 ſteppys.

Latitudo turris de Radclyfe continet 300 pedes, de quibus 100 pedes ſunt per fulmen dejecti.

Altitudo turris eccleſiæ Sancti Stephani Briſtolliæ continet 125 pedes, et ultra 31 pedes infra terram.

Longitudo capellæ pontis Briſtolliæ continet 36 ſteppys.

Latitudo capellæ predictæ 12 ſteppys.

Longitudo eccleſiæ Sancti Jacobi 54 ſteppys: latitudo 40 ſteppys.

Longitudo prioratus eccleſiæ prædictæ 40 ſteppys.

Longitudo capellæ Beatæ Mariæ ibidem 40 ſteppys.

Latitudo ejus duodecim ſteppys.

Latitudo cimeterii 130 ſteppys.

Apud Heggecote feld prope Banbery de nobilibus et generoſis hominibus occiſis per exercitum comitis Warwici de gentibus borealibus regni Angliæ.

Dominus Herbert comes Pembroke.

Sir Richard Herbert chevalier.

Ric.

Ric. Herbert baſtard arm.

Johannes Ap-Williem, frater domini Herbert in Francia.

Thomas Ap-roger, frater domini Herbert, arm.

Johannes Ogan, filius Henrici Hogan chevalier et ejus heres.

Willelmus Norman conſanguineus domini Herbert arm. fuit in Francia.

Henr. Don de Kedwelly, fuit in Francia, filius Ewen Don.

Henricus Don de Pyrton.

Johannes Eynam de Pembrokeſhyre, fuit in Francia cum domino Ebor.

Thomas Barry de neceſſariis domini Herbert de Wentyſlond.

Thomas Lewys de Chepſtow arm.

William Havard de Brekenok arm.

Lewys Havard de eadem arm.

Thomas Havard de Brekenec arm.

Wilelmus Morgan de Brekenec.

Walterus Morgan de Brekenec.

Walterus Morgan de eadem.

Henricus Morgan de Brekinoc.

Willelmus Herbert, baſtardus frater domini Herbert, fuit occiſus Briſtolliæ in craſtino Sancti Jacobi.

Thomas Glys Gent.

Hoſkyn Hervy de Kedwelly arm. fuit in Francia cum Gryffyth Don.

Meredith ap Gwyllyn de Kedwelly.

Thomas Huntlee de Guentyſlond arm. fuit in Francia cum duce Ebor.

Et quam plures alii de validioribus gentibus Walliæ ad minimum 168 vel circa.

Mem.

Mem. de numero, quod de anglicis gentibus borialis partis Angliæ apud Heggecot-felde occiſi fuerunt ad numerum ut dicitur circa 1500.

Quorum filii dominorum Latymer Fitzhue Dudley.

Mem. quod Thomas Herbert, frater ſenior domini Herebert, fuit in Francia, qui . . . . . obiit apud Troye, ſquyer for the body, fuit in guerra Franciæ cum Ricardo duce Ebor. et Portugalliæ cum 300 hominibus, et fuit cum duce Glouceſtriæ ſimiliter tempore ſuæ mortis apud Beye.

Willelmus Herbert Ab-Norman fuit in guerra Franciæ ſub Mattheo Gough, locum tenens de Penigele.

Memorandum quod comes de Oxford per v annos preteritos die martis in craſtino Sancti Michaelis, tempore quo Forteſcue armig. fuit vicecomes Cornubiæ, applicuit ad caſtrum Mont. Mychelle cum LXXX hominibus. Et contra XI millia hominum armatorum ex parte domini regis E. quarti dictum comitem obcedebant per XXIII ſeptimanas, videlicet uſque diem ſabbati proxima ante diem martis carniprivii voc. le clanſyng days pro . . . . . cum domino rege demittebat fortalicium eundo ad dominum regem.

De fundacione collegii Penryn.

1471. die jovis, vigilia paraſcheven, obiit Magiſter Trewynnard, natus in villa Seynt Ives, quondam ſocius collegii Exonienſis Oxfordiæ, poſtea prepoſitus collegii Sancti Thomæ villæ de Penryn per . . . annos continuavit.

Locus collegii predicti in Penryn ab antiquo vocabatur Glaſneyth in lingua Cornubiæ, anglice Polſethow, aliter dictus puteus ſagittarii.

Falmouth

Falmouth havyn pertinet villæ Penryn.

Fundacio collegii predicti per Walterum epiſcopum Exceſtriæ in anno Chriſti 1265.

In anno milleſimo domini ducenteno
Atque ſexageſimo poſt cum quinto pileno

Mem. quod dominus Johannes Anger fuit vicarius magiſtri Michaelis Trewynnard.

Mem. quod longitudo eccleſiæ videlicet navis continet 36 ſteppys meos; et longitudo chori continet circa 60 ſteppys.

Inceptio tabulæ fundacionis collegii Penryn.

Placet mihi dicere vel ſtanti ſcriptura,
Res auditas ponere pro gente futura.

Itinerarium

Le north-ſee. Villæ principales ſuper mare boriale ſitæ.

Primo Seyt Hyes villa verſus orientem ex parte boriali maris diſtat a Muſholt 8 miliaria.

De Seynt Hyes uſque Lananta 2 miliaria.

De Lananta uſque Redruth borough 8 miliaria.

De Redruth ſuper mare uſque Seynt Columb 18 myles.

De Seynt Columbe uſque Wade-brygge (pons longus eſt) prope Padiſcow 5 miliaria.

De Wade-brygge (18 archys longitudinis) uſque Tyntagell borowgh 8 miliaria.

De Tyntagell uſque Botrowſe-caſtell 3 miliaria.

De Bytrowſe-caſtell uſque Camelford 3 miliaria.

De Camelford uſque Stratton prope caſtellum Lynamy domini Johannis Colvyle 12 miliaria.

De Stratton uſque Kylkhampton ſuper mare VI myles.

De

De Kylhampton uſque Almanteſton et Downehed borow 12 miliaria infra patriam.

De Almanteſton uſque Polſton-brygge verſus orientem duo miliaria; et ibi inceptio comitatus Cornwalliæ.

Mem. de Seynt Hyes villa, et omnes villæ proxime ſequentes ſunt ſcitæ ſuper mare boriale verſus orientem præter villam de Launceſton.

Memorandum quod pons Wade-brygge ſcita ſuper et prope villam Wade, ex parte meridionali villæ de Paddiſcow, continet 18 arches; et longitudo pontis eſt north et ſouth.

Memorandum in patria comitatus Cornubiæ eſt.

Pons magnus eſt ſcitus ſuper aquam Tamar, eſt ſcitus inter Kylhampton et Lanceſton ſuper le Freſh-water.

Pons vocatus Polſton-brygge ſcitus ſuper flumen Tamar-water, ſequitur per unum miliare de Lanceſton ex parte orientali, continet circa 6 arches, per patriam edificatus.

Item pons vocatus Greſton-brygge ſcitus ſuper aquam Thamar per tria miliaria ex parte orientali de Lanceſton in medio patriæ.

Pons vocatus Hautes-brygge proxime ſequitur ſuper aquam Thamar prope villam Dyrynton, per unum miliare ex parte orientali de Derynton.

De Hawtys-brygge uſque Kellyngton villam ſunt 5 miliaria, et aqua fluminis Thamar tranſit uſque Seynt Germayn, et deinde uſque Kaergrowne, et de Kaergrowne uſque Aſth, ubi cecidit in mari inter Plymoth et Saltaſh.

Memorandum quod aqua Thamar incipit apud fon-

fontem inter villam Seynt Nyghtens et Torynton.

Memorandum de lez havyns Cornubiæ.

A Penſans uſque Plymmouth havyn, et ſpecialiter pertinentes ad havyn de Falmouth ſunt 147 portus et crykes.

Inprimis circa villam Falmouth ſunt 147 havyns infra ſpacium 70 miliaria a Tavyſtoke verſus occidentem uſque portum Markyſew verſus occidentem et Penſans.

Penſans havyn diſtat, videlicet ab occidentaliſſima parte Angliæ proxime les iſles de Syllye, per 2 milliaria ad villam vocatam Markyſyow, diſtat per 20 miliaria uſque

Truro, diſtat per 4 miliaria uſque

Falmouth Peryn, diſtat per 4 miliaria uſque

Seynt Auſtyn, diſtat per 6 milliaria uſque

Trewrew, a frenſh priorie, diſtat per 10 miliaria uſque

Collant, diſtat per 5 miliaria uſque

Laſtydyelle, diſtat per 4 miliaria uſque

Fowey, diſtat per 10 miliaria uſque Bodennek, per 2 miliaria a

Bodennek Botroux caſtell, diſtat uſque Low 5 miliaria.

A Low havyn diſtat uſque Weymouth Saltaſh 11 miliaria.

A Saltaſh uſque Corgrowne tria miliaria.

Corgrowne prope Stavyſtoke abbotys . . . ibi ſunt ſalmones per duo miliaria de Corgroyn.

Plymouth.

Diſtat par 3 miliaria de Saltaſh uſque Plymouth.

Hic finit lez havyns de Cornewayles.

Mem. from Penſance to Seynt Yves jette 6 myle.

Item from Seynt Yves uſque Lalant havyn 2 myle.
Item from Lalant havyn to Patyſcoe havyn.
Item from Patyſcoo havyn to Barſtaple.
Item from Barſtaple to Ilfercombe.
Item from Ilfercombe to Briggewater.
Item from Bryggewater to Uphylle.
Item from Uphylle to Mynett.
Item from Mynehed to Briſtow:
Oxford ultra Faryndon 12 myles.
Faryndon ultra Baſſett-Sutton 15 myle.
Baſſett Sutton per 15 myle de Clak.
Clak diſtat 15 miliaria de Bath.
Bathe 15 miliaria.
Well.
Glaſtynbery diſtat uſque Brygewater 9 miliaria.
A Bryggewater ad Taunton 7 miliaria.
Pon pulcherrimus ultra Tanton per 1 miliare.
A Taunton uſque Wellynton 5 miliaria.
A Wellynton uſque Culmyton 10 miliaria.
A Colmyton uſque Exceſtre 10 miliaria.
Exceſtre.

Sanctus Juſtus martir jacet in parochia Sancti Yoeſt, diſtat a Penſans verſus occidentem per 5 miliaria ſuper litus occidentaliſſimæ partis Angliæ, et de villa Moriſehold ultra verſus inſulas Syly per IIII miliaria.

Sanctus Mortanus martir eſt in parochia Sancti Mortani, diſtat ultra villam Penſans per 4 miliaria ſuper littus maris.

Caſtrum Reformel eſt ſcitum inter villam Laſtydielle et Lanceſton.

Lanceſton villa eſt per 16 miliaria ex parte northweſt.

A Exceſtre ad Montem Michaelis, prima villa Baytyns ad Crokornwell 10 miliaria.

A Crokornwell to Okynton-caſtell 10 miliaria.

De Okynton uſque Launceſton 15 miliaria.

A Launceſton uſque Bodman per . . . . . more 20 miliaria.

A Bodman uſque Machell 14 miliaria.

A Machell uſque Rydryth citra Helleſton 12 miliaria.

A Redryth uſque Montem Sancti Michaelis 12 myles.

Memorandum quod Truro ſcita eſt citra Rytheryth verſus orientem per 7 miliaria.

1. Mount Mygell ultra Exceſtre 100 miliaria.

2. Seynt Mychel de Rock per 30 miliaria ultra montem Sancti Michaelis et per 5 miliaria ultra Bodman.

3. Seynt Mychel Rowtor per tria miliaria de Camelforth, per 8 miliaria de Bodman.

4. Sanctus Mychaelis de Brenton, ibi eſt capella per 2 miliaria ultra Tavykſtoke verſus Lanceſton.

5. Sanctus Mychels borowgh per 7 miliaria de Taunton citra.

Sanctus Michaelis de Montague prope Yevell, et per 2 miliaria de Crokehorn, altiſſimus mons.

Sanctus Myghell prope Glaſtynbery voc. de Torre.

6. Sanctus Michaelis Trewen per 5 miliaria ultra Laſtendon ſuper altum montem.

Fxcetyr xx m. to

Okynton, and 15 m. to

Lanceſton, et eſt pons voc. Polſton bryge per unum miliare citra Lanceſton, ubi Cornubia incipit.

Bodman

Bodman 20 m. and to Metſhald 16.

Metſhow 16 myle, And 16 m.

to Redryth, and to the 10 myle, and to

Mount Myghell 16 myles, Markyſowe.

Calſtoketrach proper per unum miliare voc. Howteſbrygge per 4 miliaria de Kellyngton.

Fowey moor per 12 miliaria longitudinis, et infra 8 miliaria eſt Trewynt villagium.

Plymouth 20 miliaria de Okyngton.

Plymton eſt caſtell, ys 3 miliaria de Plymton citra Plymouth.

In eccleſia fratrum predictorum villæ Truro.

Sanctus Vincentius frater ordinis predicti 5 aprilis.

Sanctus Illugham de Cornubia jacet prope Redruth prope villam Truro burgagium.

1465. Rads Reſkymer arm. obiit.

Radulphus de Albo Monaſterio chevalier.

Johannes Ardell chevalier.

Johannes Beaupre chevalier.

Radulphus de Bello-prato chevalier obiit 1329.

Dominus Otho de Godrygan.

1464. Matilda Ardelle obiit die 5 novembris.

1264. Peryn villa prope Falmouth. Eccleſia collegii, ubi magiſter Michaelus fuit principalis prepoſitus canonicorum et vicariorum ibidem, fundata fuit per Walterum le goode epiſcopum Exceſtriæ; et epiſcopum cognomine Gaundſon [qui] fuit alter ejus fundator in beneficiis dictæ poſt dictum Walterum.

Longitudo dictæ eccleſiæ, navis videlicet ejuſdem, continet circa 50 ſteppys.

Latitudo brachiorum eccleſiæ continet per eſtimationem tantum 50 ſteppys.

Longitudo

Longitudo chori eccleſiæ cum circuitu ejuſdem continet circa 50 ſteppys ultra per eſtimacionem.

Apud Mount Myghelle.

Memorandum Mounter-bay lyeth froe le ſetre yn the eſt party to the poynte of Mouſhole yn the weſt party; and the chef rode of the bay for ſee men that comyth thes way ys called Gooveſlake cum a yenſe neekly.

In kalendario eccleſiæ Mont Myghell.

Sanctus Wilfridus epiſcopus in craſtino Sancti Georgii.

Sanctus Petrocus confeſſor 4 die junii.

Sancta Hylda virgo 25 die auguſti.

Sanctus Hermes confeſſor . . . . . Cornubia 28 die auguſti.

Tranſlacio Sancti Berini epiſcopi 4 die ſeptembris id eſt die Sancti Cuthberti.

S . . . . Majore martir die XI novembris.

Sanctus Nonnita mater Sancti David jacet apud eccleſiam villæ Alternomiæ per 6 miliaria de Lanceſton, ubi natus fuit Sanctus David.

Brokannus in partibus Walliarum regulus fide et morum etc, et per Gladewyſam uxorem ejus genuit 24 filios et filias, et hiis nominibus vocabantur.

Nectanus.
Johannes.
Sudebrent.
Menfrede.
Delyan.
Tetha.
Maben.
Wentu.
Wenſent.

Marwenna?
Wenna.
Julliana.
Yſe.
Morwenna.
Wymip.
Wenheden.
Cleder.
Kery.
Jona.
Heley.
Lanant.
Rerhender.
Adwenhelye.
Tamalant.

Omnes iſti filii et filiæ poſtea fuerunt ſancti et martires vel confeſſores et in Devonia vel Cornubia heremeticam vitam ducentes; ſicut enim inter omnes quorum vitæ meritis et virtutum miraculis Cornubienſis vel Devonienſis irradiatur eccleſia, beatus Nectanus primo genitus fuit, ita cæteris omnibus honeſtate vitæ major fuit, et prodigiorum choruſcate excellentior extitit.

Fuit in ultimis Walliarum partibus vir dignitate regulus, fide et morum honeſtate preclarus, nomine Brokannus, a quo provincia ipſa nomen ſortita nuncupatur Brokannok uſque in preſentem diem; hic itaque Brokmannus, antequam ex uxore ſua Gladewyſa filium vel filiam genuiſſet, in Hiberniam profectus eſt, uxorem ſuam et omnia ſua relinquens; timuerat enim, ne ſi cum uxore ſua remaneret, generacionem ex ea procrearet, qua impediretur ne libere domino ſervire potuiſſet. Manſit igitur in Hibernia

24 annis, bonis operibus intendens; poſtea autem viſitare patriam ſuam volens, rediit in Walliam, ubi uxorem ſuam adhuc viventem invenit. Poſt aliquantulum autem temporis ſicut deus preordinaverat, licet ipſe homo non propoſuiſſet, uxorem ſuam cognovit, ex qua poſtea 24 filios et filias genuit. Videns dei virtutem cui nemo reſiſtere poteſt, ait, " Jam deus in me " vindicavit quod contra diſpoſicionem voluntatis ejus " venire fruſtra diſpoſui; quia enim 24 annis ab ux- " ore mea ne ſobolem procrearem illicite effugi, dedit " mihi pro quolibet anno illicitæ continentiæ ſobolem " unam, quia jam 24 filios et filias poſt 24 annos ab " eadem uxore ſuſcepi" Prædicti autem 24 filii et filiæ, quos predictus Brokannus ex uxore ſua Gladewyſa genuit, hiis nominibus vocabantur, Nectanus etcætera.

Et venerandus vir Nectanus per quæque nemoroſa diſpendia inveſtigando querere ab hiis repertus latronibus in loco, qui adhuc hodie dicitur Nova Villa, ibi jam eccleſia in ejus honore conſtruitur, 15 kal. julii capite truncatus eſt, et caput ſuum propriis accipiens manibus per medium ferme ſpacii ſtadium uſque ad fontem quo morabatur detulerit, ibique ſanguine circumlinitum ſudori cuidam lapidi impoſuit, cujus adhuc cædis et miraculi ſanguinolenta in eodem lapide remanent veſtigia.

1189. Pridie Nonas Julii obiit Henricus rex ſecundus Angliæ, ſepultus eſt in Normannia.

Henricus rex . . . . . dedit maritagium Iſabellæ filiæ Ricardi Strangbow Willelmo Mariſcallo primo, et ſic factus eſt comes tocius Pembrochiæ, et dominus tocius hereditatis.

1200. Abbathia de Voto in Hibernia; Willelmus Mareſcallus fundavit.

1175. Richardus comes de Strangbow obiit.

1148. Gilbertus Strongbow obiit.

1287. Conventus eccleſiæ Beatæ Mariæ de Tynterna intravit dictam eccleſiam ad celebrandum in nova eccleſia.

Et quinto nonas Octobris in anno ſequenti conventus intravit in choro, et prima miſſa celebrata fuit ad magnum altare.

Mem. quod in Anglia ſunt 52080 villas per Domeſday invent.

Item ſunt in in Anglia xv milia xi eccleſiæ parochiales.

1242. Gilbertus Mareſcallus obiit et ſepultus eſt apud novum templum London 5 kalend. Jullii, et obiit in quodam torneamento apud Warewyk; et eodem anno Walterus quartus filius Willelmi Mareſcalli ſucceſſit in hereditatem anteceſſorum ſuorum, et factus eſt comes Pembrochiæ.

Et obiit anno Chriſti 1246, videlicet 5 kalend. decembris apud caſtrum Godrici.

1246. Ancelinus quintus frater obiit, et apud Tynternam ſepultus decimo kalend. januarii.

1438. Die jovis voc. maundy-thurſday magiſter Johannes Benet rector de Pytney obiit.

Viagium Thomæ Clerk de Waar incipiendo octavis Sancti Johannis Baptiſtæ circa annum Chriſti 1476, *equitando ad montem infra* 10 *dies, et revertendo ad Waare per alios* 10 *dies.*

Waare.

Watford.

Beckynfeld.

Bekynfeld.
Henely.
Redyng.
Kyngyſlere.
Andever.
Saliſbery.
Sheftyſbery.
Shyrborn.
Yevylle.
Crokehorn.
Cherd.
Honyton.
Excetyr.
Crocornwille.
Okynton.
Lanceſton.
Bodman.
Machehole.
Rooderyth.

Marchew. Margew diſtat per unum quartum miliaris de Monte Michaelis.

Sanctus Thelyaus epiſcopus et confeſſor 1 febr.

Sanctus Thomas confeſſor die XI marcii.

Sanctus Robertus abbas die 29 aprilis.

Sanctus Hugo confeſſor die 29 predicti aprilis.

Dedicacio eccleſiæ Tynterniæ 28 die jullii Flittera.

Longitudo pontis de Chepſtow 126 virgæ.

Longitudo eccleſiæ prioratus Chepſtow 50 virgæ.

Latitudo eccleſiæ predictæ 33 virgæ.

Longitudo eccleſiæ de Weſtbery circa 60 ſteppys.

Longitudo eccleſiæ cathedralis Wellenſis 200 ſteppys meis.

Latitudo brachiorum eccleſiæ cum navi eccleſiæ 70 ſteppys.

Longitudo clauſtri in directa linea ſequenti ex parte auſtrali eccleſiæ 80 ſteppys de meis dimenſionibus.

Eccleſia cathedralis Wellenſis primò fundata fuit per Edwardum regem filium regis Aluredi in anno Chriſti 901.

Beatus Willelmus Bytton ſecundus de hoc nomine epiſcopus Wellenſis poſt Giffardum epiſcopum multis miraculis claret, ut in cronicis eccleſiæ novum epiſcoporum dictæ eccleſiæ vidi ſub cuſtodia Ricardi Vowelle.

Eccleſia cathedralis de Well, fundata per Edwardum regem primum ſeniorem.

Eccleſia Glaſt. continet in longitudine 192 ſteppys.

Item latitudo ejuſdem continet 38 ſteppys meos.

Longitudo tocius chori uſque navem eccleſiæ continet 82 ſteppys.

Longitudo eccleſiæ canonicorum regularium Sancti Auguſtini villæ de Allaunſton continet 100 de ſteppys meis.

Et in latitudine continet 24 de ſteppis meis.

Mem. Epiſcopus Warwaſte fundavit eccleſiam canonicorum regularium de Laundeſton,

Eccleſiam Seynt Germyns.

Eccleſiam . . . . .

1236. Henricus rex Angliæ duxit Elianorem filiam comitis Provinciæ apud Cantuar, idibus januarii die dominica.

In eccleſia de Lanceſton.

Sanctus Nectanus martir die 17 junii ut ibidem et Lanſon.

Sancta

Sancta Nonnetta 3 die jullii.

Sancta Elena mater Conſtantini imperatoris.

Sanctus Pyramus epiſcopus de Cornubia 18 die novembris.

In Hibernia. Tranſlacio Sancti Geneſii Leſmorenſis archiepiſcopi 6 vel, 5 nonas maii.

Tranſlacio capitis Sancti Geneſii martiris 14 kal. auguſti.

Villa de Launceſton, in eccleſia canonicorum de Launceſton.

Natale Sanctæ Satinolæ virginis 4 nonas Auguſti.

In Britannia, natale Sancti Geneſii martiris, qui ob capitis truncationem . . . . . in eccleſiæ canonicorum Lanceſdon.

Caſtrum de Morteyn in Lanceſdon fundatum per comitem de Morteyny.

Et fuerant III fratres ſub nomine Sancti Geneſii, et unuſquiſque caput ſuum portabat; unus archiepiſcopus Liſmore.

Nomina liberorum tenentium in Acle, tempore comitis Rogeri Bygod, qui eſt dominus manerii et patronus eccleſiæ, circa annum Chriſti . . . .

Johannes tenet I meſuagium, XII acras terræ, r. per annum II s.

Hugo le Ris t. IX acras terræ, r. XVIII d.

Willelmus de Burgo tenet I meſuagium, r. VI s.

Thomas de Burgo r. pro communi habendo IIII d.

Rogerus Plantyng t. XXXVI acras I rod, r. IX s. VI d.

Ricardus Stywar et Robertus de Eccleſia tenent X acras terræ, r. XVII d. ob.

Hugo de Caylly tenet . . . . .

Willelmus de Monte Caviſo tenet . . . . .

Godwynus Segge r. ad feſtum Sancti Martini per certam convencionem II s.

Edūs. Oberdam t. . . . et reddit per annum XVI s. VI d. ob. q.

Willelmus Coſus t. X acras terræ I rod. r. II s. I d. ob.

Placita et perquiſita valent per annum C s.

Eſt ibi forum quod affirmatur ad XL s.

Eſt ibi columbare, valet per annum VIII s.

Turbaria per eſtimacionem per annum IIII l.

Item duo molendina valent per annum IIII l.

Item poſſunt ſuſtentare L averia in manerio tempore hiemali, et per totum annum LX porcos.

Item herbagium caſtri valet III l.

Item valor III mariſcorum per annum XXXV l.

Item valor gardini per annum X s.

Item valor prati et paſturæ per annum XIX s XI d.

Item redditus aſſis valet VIII l. IX s. VI d. q.

Item valor tocius terræ arabilis de dominico valet per annum XXIII l. XIX s. VI d.

Item eſt ibidem conſuetudo, quod quilibet habitans in villa, non habens terram nec domum dabit comiti per annum I. d, et eſtimatur per annum IV s.

Item ſunt ibidem in dominico CCIX acræ et XII pertic. terræ arabilis in diverſis culturis dominii.

Item ſunt III mariſci viz de Holm, mariſcus de Heſty, et mariſcus de Hallycote.

Eſt ibidem parcus, in quo poſſunt ſuſtentare CXX averia per annum, et valet paſtura cujuſlibet VI d.

In martirologio fratrum Sancti Franciſci eccleſiæ de Bryggewater tranſcripſi.

Frater

Frater Johannes Some obiit anno Chriſti 1419 (quære diem obitus ut cronicis fratrum Norwici inveni ſcriptum) dedit ad fabricationem eccleſiæ de Bryggewater 200 marcas, et pro libris 40 marcas.

1394. Johannes Trivet chevalier obiit 3 die Junii.

Beatus Thomas dux Lancaſtriæ obiit 22 die Marcii.

Johannes Kemys miles obiit 15 die Maii.

Dominus Ricardus Typetot 21 die Maii obiit.

1440. Frater Galfridus Pollard obiit ultimo die Maii, cotemporaneus fratris J. Some. An hic ſcripſit chronica?

Eia Typetot obiit die 7 Junii.

Matheus Gornay chevalier obiit 21 die Auguſti.

Dominus W. de Cantelupo fundator hujus eccleſiæ ordinis Sancti Franciſci 25 die Septembris.

Beatus Willelmus de Bytton epiſcopus Bathonenſis obiit 4 die decembris, et creditur ipſum eſſe ſanctum, quia multis miraculis claret.

Circa annum 7^m^ R. Henrici quarti. } Alicia filia comitis Warwici et uxoris domini Mathei Gorney jacet in medio chori et obiit 26 die Octobris.

Rogerus de Mortuo-mari obiit 28 die octobris fundator eccleſiæ fratrum iſtius eccleſiæ de Bryggewater.

Longitudo navis eccleſiæ hujus Sancti Franciſci Brygewater 62 ſteppys m.

Longitudo vero 20 ſteppys m.

Latitudo eccleſiæ collegii de Kyrton, per 7 miliaria ex parte boriæ Exceſtræ cum capella Beatæ Mariæ, videlicet continet 120 de ſteppys meis.

La-

Latitudo eccleſiæ cum elys et brachiis dictæ eccleſiæ continet 50 ſteppys de mea menſura.

Latitudo navis eccleſiæ cum duabus Elys continet 32 ſteppys.

Item ſunt 6 archus in navi eccleſiæ cum pulcra ovyrſtorye.

Item navis eccleſiæ continet circa 14 de ſteppis meis.

Aquæ plures currentes per Salyſbery.

Aqua una de Salyſbery incipit apud Frowſelwod, et vocatur le Borne, vadit per Wermyſter et . . . . . Haytisbery . . . . . et cadit ex parte occidentali de . . . . .

Aqua ſecunda incipit circa Thele villam prope Redyng et vadit per Colynborn et . . . . . per Ameſbery abbey et per old Salyſberye.

Aqua alia incipit prope Andever et . . . . et per Stockbrygge et per Rumſey, et cadit in mare apud Hampton, ſed non venit per Salyſbery.

Aqua alia oritur ex parte villæ et monaſterii de Wylton, id eſt, ſouth-weſt villæ de Salyſbery, et tranſit per villam tocius Salyſbery, et in fine meridionalis partis de Salyſbery cadit in aqua de Romſey, et vadit per . . . . ſed cadit in mari in portu villæ de Criſtchyrch inter Hampton et villam de Portyſlond.

Aquæ plures collectæ ad finem civitatis meridionalis de Salyſbery ſuper pontem VI archuum vocatæ . . . . . currunt inſimul uſque Sheftyſbery infra 18 miliaria, et cadit in mare apud portum Criſtechyrch, vel apud locum vocatum . . . . ubi magnum ſtagnum eſt.

Aqua

Aqua de Wynceſtre incipit per unum milare de Salford, quæ ſunt circa 8 miliaria de Wyncheſter, et 7 miliaria de Waltham-maner.

In kalendario Hide prope Wyncheſter.

Feretrum. Sanctus Valentinus.

Sanctus Indocus, ſecularis preſbiter, filius regis Britanniæ . . . . ejus dies agitur 13 die decembris, et 9 die januarii.

Feretrum Sancti Vincentii, et ejus feſtum agitur 22 die januarii.

Sanctus Grimbaldus, olim de monaſterio Sancti Bertini in Francia, cancellarius Pariſienſis, et paſtor id eſt prepoſitus monaſterii de Hyda, et primus lector in theologia in univerſitate Oxonienſi; ejus dies agitur 9 die jullii.

Sanctæ Ermenildæ reginæ 14 die februarii, B lettera.

Sanctæ Edburgæ virginis 15 die junii; jacet apud eccleſiam virginum monacharum Wyntoniens; cujus pater fuit Edwardus filius Alfredi regis.

Sanctus Hedda epiſcopus Wyntonens 7 die jullii, jacet Wynton.

Tranſlacio Sancti Grymbaldi 3 die Septembris.

Sancti Yvygii epiſcopi 8 die octobris.

Sanctæ Athelfledæ virginis 23 die octobris, apud Romeſey.

Sancti Brinſtani epiſcopi et confeſſoris 4 die novembris, jacet Wynton; natus in Wyncheſtria fecit fieri domum Sancti Johannis elemoſinarii magiſtri in Wyntonia.

Sancti Birini epiſcopi et confeſſoris 3 die Decembris, jacet Wyntoniæ.

Sancti

Sancti Indoci confeſſoris 13 die Decembris.

Sancta Adreda virgo ſanctimonialis in loco vocato Hyde-mede, infra monaſterii precinctum Hyde capella ejus dedicat . . .

Explicit.

Longitudo navis eccleſiæ Wyntonenſis cathedralis 60 ſteppys.

Longitudo a navi eccleſiæ eundo ad orientalem capellæ Beatæ Mariæ cum longitudine navis eccleſiæ continet 98 ſteppys.

Latitudo navis eccleſiæ cum 2 elys continet 50 ſteppys.

Latitudo navis eccleſiæ per ſe continet 24 ſteppys, et quælibet ela continet 12 ſteppys in latitudine et 9.

Item ſpacium cujuſlibet columpnæ continet 8 ſteppys.

Longitudo antiquæ eccleſiæ ante fundatam conſtructionem novæ eccleſiæ continet ultra longitudinem novæ eccleſiæ circa 30 ſteppys; ſic in tota fuit longitudinis 128 ſteppys ultra capellam Beatæ Mariæ.

Longitudo clauſtri ex parte orientali continet 84 ſteppys.

De inſulis in meridionali parte villæ Hampton.

Inſula Dorny in mari, in comitatu Suſſexiæ coram villa de Havent, diſtat a firma terra villæ Havent per unum miliare, et dicta inſula continet in longitudine unum miliare et in latitudine, et eſt una villa in dicta inſula vocata Thornye, et ibi paſturant circa 160 magnas beſtias.

Inſula Hanyng diſtat ab inſula Dornye per duo miliaria, et ſcita eſt inter Chicheſter et villam Portyſmouth,

mouth, et eſt populata, et dicta inſula eſt in duplo prenominatæ inſulæ Dornye.

Andever aqua, quæ incipit apud Andever et . . . . . et cadit in mari apud Criſtchyrch prope Lymyton inter Hampton et Pole.

Aqua de Stockbrygge per 8 miliaria de Wynchefter incipit circa villam de Whyte-chyrch circa x miliaria de Newbery villa ſouth-eſt, et vadit per . . . . . et cadit in mari apud portum de Cryſt-chyrch predicta.

Inſula Worthyam, magna inſula circa x miliariorum in circuitu, habitata gentibus, eſt ſcita verſus Cantuariam in mari quaſi inſula Hanyng.

Sanctus Mybbard heremita, filius regis Hiberniæ, aliter dictus Colrogus, ejus corpus jacet in ſcrinio eccleſiæ de Kardynan, diſtat per duo miliaria de Bodman ex parte orientali et meridionali, et per 4 miliaria de Laſtydyelle ex parte boriali, et per 7 miliaria de Leſcard ex parte occidentali, ſecundum relacionem uxoris . . . . eccleſiæ, qui fuit natus in parochia; et ejus dies agitur die jovis proxima ante feſtum pentacoſtes.

Sanctus Mancus, conſodalis ejus, heremita, jacet in parochia de Lanteglas, at villa vocata Bodeknek eſt in dicta parochia, et ejus feſtum agitur die jovis proxima ante feſtum pentecoſten.

Sanctus Wyllow heremita fuit conſocius Sancti Manci et Sancti Mydbard, et ejus feſtum tenetur die jovis proxima ante feſtum pentacoſten, et ipſe jacet in parochia Alleretew per unum miliare de Bodennek.

De kalendario ſub cuſtodia ſcriptoris text-wryter commorantis apud Seynt Mary Strond 1478 *Chriſti, menſe Octobris.*

Sanctæ

Sanctæ Wereburgæ virginis 3 die februaris.

Sanctæ Brigidæ virginis, primo die febr.

Sanctæ Milburgæ virginis, 23 die febr.

Sanctus Ynom confessor, 24 die aprilis.

Sancta Wereburga Cestriæ, 21 die junii.

Sanctæ Helenæ reginæ, 17 die augusti.

Translacio Sancti Aelphegi, 8 die junii.

Sancti Furser confessoris, 16 die januarii.

Ordinacio Sancti Dunstani, 21 die octobris, G littera.

Celebracio . . . . Sancti Dunstani 26 die Octobris C littera.

Regressio Sancti Thomæ, die secundo decembris, E littera.

Sancti Indoci confessoris et Eadburgæ virginis una die celebratur.

1448. primo die febr. obiit magister . . . Shyrynton canonicus de Poulys, qui fundavit capellam cum libraria apud portum Sancti Pauli.

1453. die mercurii circa festum Sancti Benedicti magister Johannes Kemp archiepiscopus Ebor et cardinalis obiit apud Lamehith, quasi subito post convictionem Johannis ducis Norfolciæ pro sua prolongacione.

Die lunæ 17 augusti incepi viagium de Norwico usque Myghell-mont in Cornubia.

Martis 18.

Mercurii 19.

Jovis 21 die augusti, applicui Londoniis, hora meridionali.

Veneris 21, London.

Sabbato 23, London.

Dominica 23.

Lunæ

Lunæ 24.

Martis 25.

Mercurii 26, hora quinta poſt meridiem equitavi de Londoniis verſus epiſcopum Wyntonienſem apud Waltham et Wyncheſter, et repoſui apud Wandeſworth.

Jovis.

Veneris 28 die, applicui ad dominum epiſcopum hora prandii, et poſt meridiem equitavi uſque Southampton cum Thoma Danvers.

Veneris predicto applicui Southampton, et ibi pernoctavi.

Sabbato 29 Auguſti, applicui apud Romſey-abbey in meridie, poſt repaſtum meum cum magiſtro North apud Nuſſelyng.

Dominica 30 die Auguſti fui apud Salyſbery per medietatem diei ante meridiem.

Dicto die fuit apud Wylton-abbey ad miſſam Sanctæ Edithæ.

Dicto die dominica applicui apud villam Cheverelle per duo miliaria citra le Vyes, ubi quidem homo vocatus Philippus Pur pernoctavit me ſua curteſia.

Lunæ applicui . .

Lunæ ultimo die Auguſti equitavi per villam de Vyes, Yakyſbery, et ultimo apud manerium de Crofton, quondam Katermayns, in parochia de Helmerton, ubi feci negocium Thomæ Danvers armigeri.

Poſtea equitavi per villas de Stanley-abbey et Chypenham et applicui uſque Caſtelcombe.

Martis die primo ſeptembris, Sancti Egidii, equitavi per Merſhfelde verſus Briſtolliam, applicando ibi hora circa 6 poſt meridiem.

Mercurii,

Mercurii, primo ſeptembris, Briſtolliæ.

Jovis 2 ſeptembris, incepi equitare de Briſtollia primo per aquam uſque . . . et poſtea equeſt. uſque Auſt-clyf ibidem pernoctando.

Veneris 3 die ſeptembris de Auſt-clyff per aquam uſque Chepſtow navigando, ad prandium applicando uſque abbathiam de Tyntern.

Sabbati 4 die ſeptembris, fui ibidem.

Dominica, 5 die ſeptembris, fui Tyntern-abbey tota die.

Lunæ 7 die ſeptembris, equitavi de Tyntern in mane.

Lunæ predicto, fui apud Chepſtow.

Lunæ predicto applicui ultra aquam per Auſt-clyff uſque Weſtbery.

Martis die 7 ſeptembris, nativitatis Beatæ Mariæ apud Weſtbery audivi divina ſervicia.

Martis predicto, poſt meridiem applicui Briſtolliæ.

Mercurrii 9 ſeptembris, de Briſtollia, hora meridionali applicui uſque Wellys pernoctando.

Jovis 10 ſeptembris, applicui Glaſtynbery, et applicui poſt meridiem uſque Chedſey villam per duo miliaria de Bryggewater.

Veneris 11 ſeptembris applicui Bryggewater.

Veneris predicto, jantavi apud Taunton . . . . . et applicui ad noctem ad villam de . . . . per 12 miliaria de Taunton,

Sabbati 12 die ſeptembris, jantavi apud Kyrton, ubi eſt Collegium.

Sabbati predicto opplicui ad villam Okenton ubi eſt caſtellum comitis Devoniæ, pernoctando ibidem.

Dominica 13 die ſeptembris, de Okenton uſque

villam de Launceſton cum caſtro, et pernoctavi tota die et nocte.

Locutus fui de doctore Ewen et certis cronicis.

Lunæ 14 die ſeptembris, exaltacionis ſanctæ crucis, de prioratu Launceſton equitavi per le Moore poſt meridiem, ubi equus meus cecidit, applicando ad Bodman, loquendo cum fratre Mowne etcet.

Martis 15 die ſeptembris, apud Bodman loquendo cum . . . Bernard, et equitavimus per villam Trewro, pernoctando cum Otys Philip valetto coronæ regis.

Mercurii 16 die ſeptembris fui apud Trewro, et apud fratres predicantes videndo martilogium, et applicavimus uſque villam Markyſew prope Montem Michaelis ad noctem.

Jovis 17 die ſeptembris, Sancti Lamberti, audivi miſſam apud Myghell-mont.

Jovis predicto poſt meridiem reequitavi uſque villam Peryn.

Veneris 18 ſeptembris, pernoctavi uſque villam Peryn, ubi eſt collegium, et applicui ad Bodman.

Sabbato predicto, moravi ad Bodman.

Dominica 20 ſeptembris, equitavi de Bodman uſque villam Laſtidyelle, et applicui uſque villam Bokehenney et . . et Fowey loquendo et pernoctando cum Roberto Bracey.

Lunæ 21, equitavi per Lyſcard apud Ferram, et applicui per le moore vocat. Dertmore, et per aquam vocatam le Hach . . . . . et applicui uſque abbathiam Tavyſtoke, pernoctando.

Martis 22, poſt meridiem equitavi de Tavyſtoke per villam Seynt Mary Otery, loquendo cum M . .

Cornewayle preſbitero, et potando, et ad noctem pernoctavi apud villam Axmyſter et abbathiam de Newnam.

Mercurii 23 ſeptembris, equitavi per villam Charde uſque Taunton jantando ibidem . . . . . et pernoctavi . . .

Sabbato 26 ſeptembris, de Bryggewater in mane equitavi uſque villam Weſton, ubi locutus fui cum abbate Glaſtonbery, et applicui ad villam de Lamport.

Dominica 27 ſeptembris fui apud Monchelley-abbey, et locutus fui cum cum dompno Johanne Curry et cum abbate et applicui ad Glaſtenbery.

Lunæ 28 ſeptembris, apud Glaſtynbery uſque horam ſecundam poſt meridiem, et applicui ad Wellys.

Martis 29 die ſeptembris, die Sancti Michaelis, de Wellys equitavi ad Briſtol.

Mercurii, primo die octobris, Briſtoil.

Jovis Briſtolliæ, 2 die Octobris.

Veneris Briſtolliæ, 3 die, uſque horam quartam, et applicui apud Bath, et equitavi per Wermynſter uſque . . . ubi arreſtatus.

Sabbati, 4 die octobris, fui apud Bath prandendo, et equitavi per . . . Wermynſter.

Dominica 5 die octobris, equitavi de . . . . et applicui in meridie per . . . . ad Salyſbery et pernoctavi ad Stoke-brygge.

Lunæ 5 die octobris, applicui apud Wyncheſter, et poſt meridiem applicui apud villam Upham per 11 miliaria de Waltham.

Martis 6 die octobris, prandidi cum domino epiſcopo, et applicui uſque villam de Alton per Alford.

Mercu-

Mercurii 7 die, per Alton, per caſtrum Fernham, Gylford, Kyngyſton etc, uſque London.

Informacio Wilelmi Powelle de Tynterne.

Dony iſland in le Walſhyde, aves vocatæ mewys ibi nidificant ſemper ſuper terram, diſtans a Grogho verſus Montem Michaelis per 4 miliaria, per duo miliaria de Kyng rode.

Groghy, rupis vocata lez Shotes, quæ eſt periculoſus tranſitus, quantitatis duorum ſagittariorum longitudinis, et latitudinis in parte Walliæ coram Calcote villa et coram lez englyſh-ſtonys, diſtans per ſpacium coytyſcaſt, jacet inter kyngrode et Sancti Teriaci anachoritæ capellæ, diſtans, ab utroque per 5 miliaria.

Charſtone-rok in parte Walliæ, magnæ rotunditatis, et eſt unum rode pro navibus vocat. Sharſtone-pole, diſtans inter Seynt Tyracle et Groghy-rok per duo miliaria, et magnæ altitudinis, continet in latitudine tantum homo poteſt jactare lapidem circum circa, eſt ita magna rupis ſicut rupis Sancti Tiriaci, diſtans a firma terra de Auſt-clyff per jactum lapidis.

Sancti Tiriaci anachoritæ, diſtat a Kyngrode per 6 miliaria in parte Walliæ coram Mathern villa manerii epiſcopi Landavenſis per unum miliare de Chepſtow.

Kyngrode diſtat a Seynt Tyryacles verſus Briſtolliam x miliaria et ad Briſtolliam 6 miliaria.

Le rok vocat le Bynch, rotunda rupis in aqua Saverne, et quando coperta eſt cum fluxu maris tunc navis paratum eſt velare ad Walliam.

Gyſton-clyff durat in longitudine per III miliaria.

Mem. iſti articuli precedentes ſunt in orientali parte aquæ Severn verſus Briſtolliam.

De certis insulis Nor-Walliæ ut in libro itinerarii Walliæ Geraldi Cambrensis; habetur apud Excetyr cum doctore Ewen.

Capitulum de Monia insula cum notabilibus suis sic incipit, " hiis itaque peractis transeamus in Moniam insulam.

Insula Moniæ habet 343 villas, et pro tribus cantredis putatur: dicitur autem cantredus compositio vocabulo tam britannica quam hibernica lingua tanta terræ porcio, quanta C villas continere solet.

Insulæ autem adjacent britannicæ tres lateraliter diversis ex partibus. quæ ejusdem fere quantitatis esse perhibentur.

1. Ab austro insula Vecta.
2. Monia insula a zephiro.
3. Mania insula a circio.

Sed duæ priores propinquius adjacent, modicis distinctæ maris interstitiis, ista tercia insula, quæ Mania dicitur, media inter Hiberniam ultimam et scoticas Galwedias libramine jacens remotius extenditur.

Insula Monia est arida tellus et saxosa, deformis aspectu et inamena, terræ Pepidion quæ adjacet Meneviæ exteriori qualitate similima, veruntamen interiori naturæ dote longe dissimilior. Est enim hæc insula præ cunctis Cambriæ finibus triticio germine incomparabiliter fecunda, adeo ut proverbialiter dici solet lingua britannica *Mon vam Kymbry*, quod latine sonat, Monia mater Cambriæ, quia aliis undique terræ deficientibus, hæc sola gleba præpingui uberique frugum proventu Cambriam totam sustentare consuevit. Sed quia in hac insula digna memoratu multa reperies,

reperies, quædam ex hiis excerpere, et hic interſerere non ſuperfluum duxi.

Eſt igitur hic lapis humano femori conformis, cui inſita virtus hoc habet, ut ſpacio quanto libet aſportatus, proxime per ſe nocte revertatur, ſicut ab accolis pluries eſt compertum. Unde et comes Slopebirienſis, qui tempore regis Henrici primi tam inſulam iſtam quam terras adjacentes viriliter occupaverat, audita hujus lapidis virtute, ipſum alii lapidi longe majori ferreis cathenis fortiter ligatum . . . . procul mari projici fecit, qui tamen ſumme diluculo cum multorum admiracione priſtino more ſuo in loco repertus eſt; cujus rei occaſione publico comitis edicto prohibitum eſt, ne quis de cetero lapidem a loco movere preſumat.

Inſula alia collateralis vocata . . . . eſt Moni inſulæ et fere contermina, quam ſolrun heremitæ labore manuum viventes, deo ſervientes, de mira quam inter dictos heremitas diſcordia ſortiebatur, eodem tempore ex vindicta ſeu dei punicione ea occaſione mures tam infinito numero ad invicem inventi fuerunt, ſtatim mures minutiſſimi, quibus habundat inſula, eſcas eorum omnes et pociones tam conſumunt quam corrumpunt; ceſſante vero diſcordia, continuo ceſſat et incommodum. Nec mirandum, ſi dei famuli diſcordes interdum inveniantur, quia in Rebeccæ utero Jacob et Eſau bella geſſere, Paulus et Barnabas contentione ab invicem diceſſere, inter diſcipulos quoque Jeſu facta eſt contentio quis eorum videtur eſſe major. Infirmitatis enim humanæ temptaciones hæc, etc.

Dicitur autem hæc inſula collateralis Moni inſulæ,

adjacens predicta Cambria id eſt inſula . . . .
. . . . . .
. . copiam corpora . . . . . .
. . . . . .
. . . . . jacent, et hanc inſulam feminæ non intrant.

De vindicta monſtrata gentibus ferocis et crudelis, qui ſolent vindicare gentes pios et mulieres manentes in inſulas Walliæ ſeu Orcadibus.

Quemadmodum omnis hibernica teſtatur topographia, ſicut nacio hibernica necnon et cambrica præ aliis gentibus precipites in ira, et ad vindictam in vita proni reperiuntur, ſic et morte vitali terrarum earundem ſancti præ aliis animi vindicis eſſe videntur.

Sanctus Tenredancus confeſſor jacet aut colitur in eccleſia Sancti Tenredanci in inſula de Man latine Monia, ut habetur in libro itinerarii Walliæ per Gyraldum Cambrenſem compilato.

Inas rex fundavit monaſterium de Mochelly ac monaſterium de Glaſtenbery et eccleſiam cathedralem de Wellys.

Longitudo eccleſiæ Mochelly continet 104 ſteppys.
Latitudo dictæ eccleſiæ continet 30 ſteppys.
Longitudo capellæ Beatæ Mariæ continet . .
Longitudo clauſtri continet 54 ſteppys.
Latitudo clauſtri continet 34 ſteppys.
Sancti Elwoldi tranſlacio 12 die auguſti.

Sanctus Indractus martir et confeſſor die 8 maii, jacet apud Shepton per 5 miliaria de Glaſtynbery cum ſociis ſuis centum martiribus.

Wellys eccleſia.

Longitudo brachiorum dictæ eccleſiæ continet 72 ſteppys.

Longi-

Longitudo elarum continet 84 ſteppys.

Longitudo occidentalis partis eccleſiæ prædictæ 66 ſteppys.

Declaracio inſularum Hiberniæ ex parte meridonali Scociæ vocat John de le owt iſles per declaracionem N. P. Slaterbarow Marinarii Briſtol, qui fuit ibidem.

Memorandum, quod in le ſouth-ſyde, parte meridionali Scociæ ſunt inſulæ vocatæ John de owt-iſles.

Inprimis, prima inſula inter Irlandiam et Scociam, ex parte boriali Hiberniæ, vocatur inſula Ragrey, quantitatis in longitudine 6 miliaria, et in latitudine 3 miliaria, populata, diſtat a firma terra Hiberniæ per 12 miliaria.

Inſula Fowley proxima ſequitur, eſt north-eſt ab inſula Raghreys, in longitudine 6 miliaria, et in latitudine 3 miliaria, diſtat a firma terra Hiberniæ per 2 miliaria.

Inſula proxima ſequens vocat. Kentyr, in longitudine circa 7 miliaria, et in latitudine 4 miliaria, et eſt populata cum gentibus de Dunciis, habundat in pecoribus.

Inſula Seynt Rynyent proxima ſequens verſus meridiem, jacens ſouth et by eſt continet in longitudine 11 miliaria et di, et in latitudine 1 miliare et dimidium, pauci gentes ibi inhabitant, fertilis inſula de piſcibus.

Inſula Shepey proxima ſequens, non populata, continet in longitudine jactum ſagittæ ex omni parte, ibi ſunt oves et cuniculi.

Inſula proxima ſequens vocata Kenmok, in longitudine et latitudine continet per jactum unius parciæ

ſagittæ, non eſt populata, ibi ſunt cuniculi, et arbores vocat. ellers creſcunt ibidem.

Inſula Ferrey et rotunda et alta, et ſpericæ figuræ ad ſimilitudinem unius anglice Mow, ſequitur Kenmok, et diſtat per xv miliaria inter dictas inſulas duas ultimas, non eſt populata, diſtat a firma terra per 30 miliaria.

Expliciunt inſulæ vocatæ John of the owt iſles.

Inſula Lough Hakern ſequitur proxima Fowley inſulam, continet in longitudine circa 30 miliaria, et in latitudine x miliaria; ibi creſcunt arbores de ebete vocat. maſtys pro navibus, et diſtat a firma terra de occidentali parte Sociæ per unum miliare.

Inſula de Man inter Irlandiam et Scotiam, et ſunt in longitudine 20 miliaria, alta inſula, et in latitudine x miliaria, et ſunt in dicta inſula duo caſtra et 1 prioratus, unum caſtrum in boriali parte vocatum le caſtelle de Fotrey, et caſtellum pertinet regi de Man.

Inſula Calfanion prope inſulam Man, diſtat ab inſula Man per tres ſagittaciones arcus, et eſt per 1 miliare tam longitudinis quam tria quarteria lencæ, et inter dictas inſulas et Hyberniam ſunt 6 magnæ rokkys.

Englyſh ſtonys et le rok vocat Trogy, anglice le ſhotes, periculoſiſſimum paſſagium inter rok Seynt Tryacle et Chepſtow.

Inſula de Angleſey ſcita in parte boriali Walliæ, et longitudinis 20 milariorum, et latitudinis 5. milariorum, et bene populata ad mille hominum, et habet caſtra vocata Beamareys in mariſco ſita in orientali parte inſulæ; et eſt ibi monaſterium alborum monachorum in orientali parte inſulæ, et monaſterium aliud in occidentali parte inſulæ.

Inſula

Inſula Preſtholm proxima inſulæ Angleſey, per dimidium miliaris de Angleſey, in orientali parte Angleſey, et ibi creſcunt cuniculæ et ſerpentes addyrs ſnakes, et arbores vocat elders; et eſt capella ibi in medio inſulæ edificata; et eſt longitudinis dimidii miliaris, et latitudinis unius quarterii miliaris, non eſt populata, diſtat a le mayn lond circa ſpacium duorum arcuum vocat bow ſhottys, et eſt ibi unum bay pro navibus ſalvandis in le north ſyde inſulæ vocat le round table, et eſt portus in dicta inſula vocatus Mathhaven.

Inſula Lough Ryhen in Scocia jacet inter Fowley et Lough-Hakern diſtans ab invicem per 6 miliaria ad modum trianguli, et mare fluctuans jacet inter north-weſt et ſouth-eſte ita velociter quod nemo credit, et diſtat a firma terra circa duo miliaria, et diſtat ab inſula Fowley per 6 miliaria, et a Lough-Hakern a parte orientali circa 6 miliaria, et a half flode uſque half ebb tunc debet navis tranſire, vel debet anglice ſeyle under water.

Item ſequitur rupis vocat le mouſe in the north iſle de Angleſey.

Item alia rupis vocat le mouſe prope le foule forland pleno de rupibus.

Inſula proxima ſequens vocata le Skerrys in boriali Walliæ continet in longitudine 1 miliare, et in latitudine 11 bowſhottys, et non eſt populata, jacet in le north ſyde de Angleſey, vocat aliter north north-eeſt.

Memorandum quod unum forland vocat. le Holyhede jacet in the weſt north-weſt inſulæ de Angleſey, et eſt bonus portus.

Inſula

Inſula Berdeſey ſequitur proxima Mewys-illand in Wallia, continet in longitudine 1 miliare, ibi ſunt ſancti 20000.

Inſula vocata Mewys-iſland diſtat a Berdeſey per 10 miliaria, continet in longitudine et latitudine 1 dimidium miliaris.

1478. *primo die octobris.*

Memorandum de inſulis in principio introitus aquæ de Severn, quæ ſequuntur inſulas de Sylly.

Inſula Laſtydenale in Wallia ſequitur proxima inſulæ de Meulx, ex parte orientali de Meulx-iland, et continet 1 miliare in longitudine, et in latitudine niſi jactum unius ſagittæ, et non eſt populata niſi ſilveſtres herbas, aves vocat mewys, kermererertes, et katones, et muſcæ id eſt mowſes.

Inſula Scopeholm proxima ſequens, multum diſtans ab inſula Laſtydewale, jacet ultra Seynt Davyes chyrch weſt and by ſouth in mari, continet in longitudine per 1 miliare et dimid, et in latitudine dimidium miliaris, et ubi nutritæ ſunt beſtiæ aves boves.

Inſula Stalmey ſequitur inſulam Scopeholm extra terram anglice by Weſt Milford, per 6 miliaria de Mylford-havyn verſus Hiberniam weſt ſouth-weſt, continet in longitudine 1 miliare et dimidium, et in latitudine circa dimidium miliaris, et diſtat a Scopeholm per IIII miliaria.

Inſula Graſholm in le ſeebord in Wallia ſequitur inſulam Stalmey, continet in longitudine et latitudine per jactum ſagittæ vocat le flyght, totam inſulam. . .

Inſula Shepe-iland proxima eſt inſulæ Scopeholm in Milford-havyn, continet jactum ſagittæ ex omni parte.

Rupis

Rupis vocata le crowe ſcita eſt eeſt-ſouth-eſt de Milford-havyn.

Inſula Caldey ſequitur proxima Shepey-iland coram villa Tynlye per unum miliare, continet in longitudine 1 miliare, et in latitudine dimidium miliaris, et eſt circa 30 domos populatas, et unum turrim, et cum capella Sanctæ Mariæ ſuper maris litus . . . . . ac eccleſia prioratus de Caldey fundata cum amaſia ſua.

Inſula Wormyſhede proxima Caldey in aqua Severn, diſtat a Caldey per 20 miliaria, et eſt in longitudine dimidium miliaris, et in latitudine jactum ſagittæ.

Venella magna vocat le pryour ys lane Sancti Jacobi, quæ apud le ſtyle in angulo cornerii de Lewyneſmede uſque ad murum extremum directum ſuper Montague-hill, eundo per murum fratrum Sancti Franciſci ex una parte et murum monatorum ex orientali, continet uſque returnum ad montem Sancti Michaelis directa linea 360 greſſus, ſcilicet ſic retornando venellam ad eccleſiam Sancti Michaelis per continuacionem dictæ venellæ verſus occidentem.

Venella a capite anguli muri fratrum minorum vocat le pryour lane monachorum in parte occidentali ſic eundo ad monten Sancti Michaelis verſus ejus eccleſiam uſque ad locum et montem vocat Styp-ſtrete prope fontem de freſtone continet . . greſſus.

Vicus de Shamelys ab antiquo vocatus Worſhyp-ſtrete, ubi portus navium et lanarum exiſtebat, continet in longitudine a porta Sancti Nicholai, directe eundo ad quandam finem loci viæ quadratæ, 300 greſſus.

Vicus deſenſorius incipiente ad finem viæ vocatæ le Shamelys, directe incipiendo ad locum rectum quadrati per vicum de extranſverſo de Seynt Peter-ſtrete coram novo fonte facto de bonis Canyngs de alta domo de freſtone ab exteriore parte via de Wynch-ſtrete continet 135 greſſus.

Via parva quamvis lata in occidentali parte eccleſiæ

ſiæ omnium ſanctorum et collegii kalendarii prope ibidem intrando verſus meridiem in parte juxta cimiterium dictæ eccleſiæ continet 60 greſſus.

Collegium preſbiterorum vocatum le kalenders in occidentali parte eccleſiæ omnium ſanctorum, in quo collegio Thomas Botoner avunculus meus fuit frater collegii, et ſepelitur in meridionali novæ elæ eccleſiæ omnium ſanctorum, ab antiquo fundatum diu ante conqueſtum Willelmi Conqueſtoris.

Domus conducti aquæ pulchra ſub domo kalendarii eſt ſcituata.

De capella Sanctæ Annæ per duo milliaria de Briſtollia.

Quidam dominus De le Warr fundavit primo capellam Sanctæ Annæ.

Capella Sanctæ Annæ continet in longitudine 19 virgas.

Latitudo ejus continet 5 virgas.

Et ſunt de boteraſſes circa capellam 19.

Item ſunt duæ cereæ anglice quadratæ, una de dono officii artis wevers, de terra ad cooperturam archuati volti continet altitudo 80 pedes.

Et denſitudo unius ceræ quadratæ lez officium artis corduanarii continet in latitudine 10 pollices fere unius pedis.

Et in denſitate 8 pollices.

Et cera quadrata data per officium artis textorum anglice wefers continet in longitudine ad voltam capellæ 80 pedes.

Latitudo 8 pollices.

Denſitudo 7 pollices.

Et quolibet anno dictæ cereæ ſunt renovatæ erga diem pentacoſten.

Et

Et quælibet cera quadrata ex ponderibus ceræ et factura conſtabat 5 libr.

Et ſic duæ predictæ cereæ conſtabant 10 libr.

Et ſunt in dicta capella 32 naves et naviculæ ac de caracis navibus.

Et ſunt de navibus de argento formatis et factis 5 naves, precium cujuſlibet navis 20 s.

Et coram ymagine Sanctæ Annæ ſunt 13 cereæ quadratæ, appreciatæ ad . . .

In orientali via de Radclyf chyrch, capellæ Beatæ Mariæ, eſt murus longus verſus Pyle-hille fontem ad eundem ad Sanctam Annam; continet dictus murus in longitudine 50 virgas ſive 70 greſſus per filium meum numer. virgarum numerat. ad incepcionem muri prope orientalem partem cimiterii dictæ eccleſiæ.

Et ab inceptione dicti muri in orto claudati juxta cimiterium orientalis partis muri predicti a dicto mereſtone, in eadem parte eundo per cimiterium predictum juxta collegium capellanorum Willelmi Canyngys ad domum camerarum dictorum capellanorum continet in latitudine 150 greſſus.

Latitudo viæ de Radclyff-hyll de cameris preſbiterorum predictorum ad alteram partem domorum operariorum de freſtone pro fundacione eccleſiæ de Radclyff ſunt 40 greſſus.

Et a loco camerarum Willelmi Canyngys in fine occidentali cimiterii predicti uſque ad Radclyff yate continet circa 180 greſſus.

Columna principalis quatuor columpnarum, quæ portant turrim competentem corum hoſtium chori occidentalis eccleſiæ Radclyff continet 103 bowtells.

Cir-

Circnmferentia principalium columpnarum, et quælibet earum quatuor columpnarum continet 6 virgas.

Circumferentia aliarum columpnarum tocius ecclesiæ continet 4 virgas.

Latitudo viæ de Radclyff-ſtret coram turrim ecclesiæ de Radclyff continet 14 greſſus, et eadem latitudo durat infra Radclyff-ſtrete.

Via infra Radclyff-ſtrete per murum vocatum le toune-walle eundo verſus Seynt Thomas ſtrete, cujus ſiniſtra pars viæ eſt bene edificata, et altera pars dextra manu eſt murus vocatus le toune walle, continet in longitudine 152 greſſus.

Longitudo viæ de le toune walle ad Seynt Thomas ſtrete de angulo ex parte . . . de muro edificatorum eundo ad pontem Briſtol continet 660 greſſus.

Latitudo de Brodemede continet 28 greſſus.

Latitudo brevis viæ de Kyngys-ſtrete a principio dictæ viæ prope turrim de Monkyn-brygge in quadam venella uſque le ſtyle ad eundum ad cimiterium Sancti Jacobi in parte anguli hoſpicii Willelmi Pownam apud crucem et pontem, eundo in dicta via per lez barrys et uſque Erleſmede continet 100 greſſus; et a principio cimiterii Sancti Jacobi eundo per lez barrys, eundo ad pratum Erlyſmede . . .

Latitudo viæ in principio de Lewenyſmede prope eccleſiam Sancti Jacobi 8 greſſus eundo uſque Fromeyate.

Crux decens de freſtone erecta ſuper arcum voltæ unius gradus viæ intrantis ad aquam de Frome, anglice a ſlypp, in vico Knyfeſmyth-ſtrete, aliter Criſtmas ſtrete.

Venella brevis ſcita in angulo ultra crucem predictam

dictam ad quendam hoſtium uſque aquam de Frome per prope Frome-yate in boriali parte predictæ crucis continet in longitudine circa 60 greſſus in fine Criſtmaſſe ſtrete.

Crucis latitudo de Hygh-ſtrete continet 2 virgas.

De Cellariis etc.

In alto vico, Hygh-ſtrete, ſunt in parte orientali of the hygh-croſſe de Seynt Cholas yate 17 cellarii.

Et in oppoſita parte occidentali dicti Hygh-ſtrete ſunt 12 cellarii.

Item in Corn-ſtrete de cruce alta in parte boriali vici ad portum Sancti Leonardi per eccleſiam Sanctæ Werburgæ ſunt 18 cellarii computati.

Item in parte meridionali viæ de alta cruce eundo per eccleſiam omnium ſanctorum ſunt 17 cellarii.

Venella parviſſima de Hyghſtrete juxta meridionalem partem eccleſiæ omnium ſanctorum et officium cocorum continet 60 greſſus.

Item in vico Bradſtrete eundo ab alta cruce ad partem orientalem de Bradſtrete per eccleſiam Sanctæ Trinitatis continet 15 cellaria.

Item eundo in parte occidentali dictæ viæ per tenementum magiſtri Willelmi Botoner ac domum Gylhalle ac capellam Sancti Georgii ſunt 15 cellaria.

In Wynch-ſtrete, aliter Caſtel-ſtrete, ab alta cruce in parte dextra ſive meridionali dictæ viæ per le pyllory eundo ad portam New-gate ſunt 21 cellarii.

Et a dicta cruce eundo in Wynch-ſtrete per latus boriale dictæ viæ continue uſque ad portam Newgate 14 ſunt cellarii, et alterius continuando ad finem orientalis viæ de le Weere per molendinum caſtri ſunt 10 cellaria.

Domus juſticiæ et officii colliſtrigii ſcita circa medium de Wynch-ſtrete coram finem viæ de Pitteyyate eſt rotundum, conſtructum de opere freſtone decenter, tam amplitudinis quam altitudinis, cum cameris ac feneſtris cum barris de ferro artificioſe compactis, continet in ſpacio circuitus domus dicti officii . . greſſus. Et de ſuper domus colliſtrigii eſt inſtrumentum de arboribus opere carpentarii conſtructum ad colliſtrendum infames homines deliquentes in piſtura, quarum tortarum etcæt.

In Pyttey-ſtrete infra Aylward-yate five Pytteyyate prope ibidem in magno ſpacio, veluti locus trianguli eſt fons ampla et profunda cum freſtone bene circumdata et alta pro hominibus hauriendo aquam fontanam, et dicta fons bene tegulata deſuper ad cuſtodiendum homines aquam haurientes de pluvia ſeu procellis; et ſunt in boriali parte viæ Pittey 2 cellaria.

Officium domus latrinæ anglice a privey tam pro mulieribus quam hominibus in latitudine meridionali ſpacii dicti trianguli.

Longitudo viæ ab angulo principii pontis ad portam Sancti Nicholai ſunt 9 virgæ.

Longitudo portæ Sancti Johannis Baptiſtæ 8 virgæ.

In vico Sancti Nicholai ſunt 12 cellarii de porta Sancti Nicholai uſque portam Sancti Leonardi.

In venella Sancti Leonardi prope cimiterium eundo in Smalſtrete ſunt plures voltæ five cellarii de ſub terra, quia tota venella eſt, et cimiterium eſt magnæ altitudinis reſpectu viæ trianguli de le kay quaſi circa 10 pedum ſubtus via cimiterii eundo ad Smallſtrete.

In

In parochio Sancti Stephani.

Vicus Pylle-ſtrete eſt via a Seynt Leonard ys yate ad triangulum venellarum ad orientalem feneſtram altaris eccleſiæ Sancti Stephani, viz venella una retro orientalem feneſtram Sancti Stephani, venella alia apud le ſtyle eccleſiæ Sancti Stephani ad keyam dimittendo cimiterium in manu dextra, et tercius vicus eſt longus incipiente a fine predicti Pylle-ſtrete, et eundo per Merſtrete longa via ad Merſe-yate.

Apud le kay in ſpacio trianguli largi eſt in medio dicti trianguli pulcherrima domus de freſtone erecta ſumptuoſe operata, in qua eſt conductus aquarum de plumbo conduct. de fonte, cujus principium fontis eſt apud . .

Via alia de Pyll-ſtret extendendo ad domum cuſtumæ regis, nbi vendunt ſalſas piſces ad principium trianguli 64 greſſus.

Criſtmas-ſtrete vel Knyf-ſmyth-ſtrete continet in latitudine 12 greſſus, id eſt . . virgas.

Viæ latitudo ad le key de Seynt Johnys yate continet 6 greſſus.

Triangulus, qui eſt magnum et amplum ſpacium apud le key, ubi domus conducti aquæ in medio trianguli ſcituatur continet ex tribus partibus de le cuſtom-hous ad keyam et de keya ad . .

Porta de Frome-yate, duæ portæ cum cathena ferri, cum vacuo ſpacio longitudinis dictarum portarum, continet 22 virgas ſuper archus et duas portas edificatas.

Criſtmaſtrete.

Pons ſive archus ſub una cruce decenti de freſtone deſuper erecta ad quendam angulum ad modum trian-

guli ſuper pontem archus erecta in fine viæ vocatæ Criſtmas-ſtrete aliter knyfe-ſmyth-ſtrete prope Fromeyate continet . . greſſus.

Gradus, anglice a ſtepe, ſubtus archus et crucem ad eundum ad aquam de Frome pro lotura veſtimentorum lineorum ſeu laneorum in fine de Criſtmaſtrete continet circa . . greſſus.

Latitudo viæ de Criſtmaſtrete incipiendo apud portam Sancti Johannis continet 12 greſſus.

Radcliff-hylle ultra eccleſiam.

Via de Radclyff-ſtrete, incipiente in parte meridionali villæ Briſtoll ultra eccleſiam Radclyff apud angulum viæ ducentis ad Trillye-myllys uſque ad ultimam portam prope conductum portæ de Radclyff, continet novies 60 greſſus, quod eſt 540 greſſus.

Latitudo viæ majoris loci continet ex oppoſito turris campanilis Radclyff 12 greſſus.

Memorandum quod longitudo turris campanilis in volta nova factus continet 24 pedes ab oriente in occidentem, et 22 pedes a boria in meridiem.

Item baſis quadrati fabricationis ſperæ de Radclyff, quæ eſt de octo panis, primus curſus ſuper locum quadraturæ ſperæ conſtat in denſitudine lapidibus duorum pedum ex duabus petris cementatis, quia durum contrahere unam lapidem talis denſitudinis, et ſic continuat minuendo uſque ad certam altitudinem, ac quatuor ſconci de lapidibus ab uno quarterio anguli in proximum ad ligandam ſperam, quæ quidem ſpera ſtat modo ultra 100 pedes.

Item domus longitudo preſbiterorum Canyngis in longitudine 20 virgarum vel 19 virgarum, cum 4 baywyndowes de freſtone pro cameris 4 preſbiterorum.

Dedicacio

Dedicacio ecclesiæ Sancti Johannis Baptistæ Bristoll die 17 jullii.

Translacio Sancti Wulstani episcopi 7 die junii.

Translacio Sancti Edmundi archiepiscopi 9 die junii, Confess. F. littera.

Translacio domini Ricardi episcopi et confessoris 16 die junii, F. littera.

Translacio Sancti Edwardi regis et martiris 20 die junii, C. littera.

Ista cronica inveni in libro portiferii ecclesiæ Sancti Johannis prope Radcliff-chyrch.

Ab Ada ad diluvium 2242.

A diluvio ad Abraham 942.

Ab Abraham usque ad nativitatem Christi 2015.

Et sic anni ab Adam ad nativitatem Christi 5189.

A nativitate Christi usque ad pasca quod fuit 7 kal Aprilis, littera dominicalis A. littera tabularis . . ciclus solaris 28, ciclus lunaris 16, annus primus a bisexto, concurrentes 6, 1307.

Et sic fuerunt anni mundi usque ad predictum pascha 6406.

Longitudo ecclesiæ Sancti Johannis Baptistæ 21 virgæ.

Latitudo ejus 8 virgæ.

Via vocata Radclyff-strete incipiendo a porta de Radclyff, continuando viam usqus principium pontis Bristoll continet 710 gressus.

Latitudo viæ continet 12 gressus.

Spacium tenementorum mansionum ex quolibet latere pontis Bristoll 10 virgas continet.

Item spacium interceptum in loco latrinarum officii super pontem ad inceptionem mansionum primæ

partis pontis de Radclyff-ſtrete veræ incepcionis pontis continet 18 virgas.

Tempore eclipſis generalis apud Damſk monachi de Relief veniebant apud Damſk ad ſuccurrendum preter unum monachum. Et homines lollardi de patria Pragæ cum XVIII millia hominum, et cum rege de Pollar-land, ceperunt etiam abbathiam de Relieff, et ceperunt dictum monachum, et ſuper Hayneſburghille prope dimidium miliaris, ſicut Brandeſlombe extra Briſtoll, fecerunt poni contra ignem in veru de uno fyrre-tre, fecerunt roſtrari per Ketyrs gentes de Praga, ita quod homines de Damſk poſſint videre ipſum monachum ad veru poſitum.

Et in redeundo, quod dicti homines de Praga, redeundo de obſidione civitatis Damſk, occiderunt ipſos ad numerum XVIII millia hominum, ſicut imperator ſcripſit magno magiſtro Deſpruce.

Et dicto anno Sherp junior fuit prima vice major Briſtoll tempore generalis eclipſis.

Mem. Ricardus Cor-leonis fecit caſtrum de Almade in Portugalia ex oppoſito Lyſbon.

Le Bakk Briſtolliæ.

Via vocata le bak, ubi naves Walliæ intrant, continet a principio domus conductæ prope pontem uſque ad portam extremam vocatam Merſh-yate in longitudine 3030 greſſus per aquam Avan.

Latitudo dictæ viæ vocatæ le bak ad projiciendum boſca et alias mercandizas continet ſecundum majus et majus 30 greſſus.

Altitudo maris Avone, quando novus refluxus maris eſt, in prima die commutacionis lunæ, ut vidi et audivi in lunacione proxima ante introitum ſolis in libram,

libram, eſt 7 vel 8 brachia apud le bak, anglice vathym, et brachium continet 6 pedes.

Viæ longitudo vocatæ Baſt-ſtrete incipiente ex oppoſito crucis in Baldwyne-ſtrete uſque murum villæ in oppoſito de le Merſh, continet a retro capellæ de le bak in occidentali parte dictæ capellæ 240 greſſus.

Latitudo dictæ viæ ad ſpacium 180 greſſuum continet 20 greſſus, ſed in prima incepcione viæ apud crucem in Baldwyne-ſtrete per ſpacium longitudinis 60 greſſuum ejus latitudo eſt ſtricta via niſi latitudinis 3 virgarum.

Viæ quatuor ex omni latere in occidentali parte capellæ de le bak in edificatione quadrata per A. B. facta continent ex quolibet 4 lateribus . . greſſus.

Porta Sancti Nicholai continet a boria in meridiem in longitudine 7 virgas.

Latitudo viæ de Hygh-ſtrete finiente ad dictam portam continet 20 greſſus.

Porta Sancti Leonardi continet ex parte orientali in longitudine 7 virgas.

Altitudo portæ cum campanile continet per eſtimacionem . . .

Latitudo viæ vocatæ Smalſtrete ad finem portæ Sancti Leonardi continet 30 greſſus.

Porta Sancti Johannis Baptiſtæ continet in longitudine a boria in meridiem verſus Bradſtrete 7 virgas, et ab oriente in occidentem verſus le kay latitudo viæ de Bradſtrete ad finem dictæ portæ continet 28 greſſus.

Latitudo viæ vocatæ Seynt Laurens lane continet 6 greſſus.

Portæ duæ ſuper pontem de Frome-yate continet in longitudine . . virgas vel 34 greſſus.

Pons duorum archuum aquam de Frome tranſeuntium continet in longitudine . . virgas . . greſſus.

Obiit Johannes Barſtable burgenſis villæ Briſtoll A. D. 1411, quinto decimo kalend. Octobris, et habuit Nicholaum Barſtable preſbiterum magiſtrum capellæ Sanctæ Trinitatis.

Eccleſia Sanctæ Werburgæ continet in latitudine 19 virgas vel 34 greſſus.

Turris quadratus dictæ eccleſiæ continet ex omni parte quatuor coſtarum 5 virgas.

Tour-ſtrete: longitudo viæ de Wynch-ſtrete apud le pyllorye continuans per cimiterium Sancti Johannis prope blynde-yate uſque Brad-ſtrete continet 370 greſſus.

Latitudo dictæ viæ continet ad minus 2 virgas, ſed a orientali parte eccleſiæ Sancti Johannis Baptiſtæ continet 3 virgas.

Porta vocata Blynd-yate continet in latitudine 9 pedes, et in latitudine viæ 3 virgas id eſt 9 pedes deſuper edificat.

Longitudo eccleſiæ Sanctæ Werburgæ continet 21 virgas.

Latitudo ejus 19 virgæ.

Turris eccleſiæ quadratæ continet 5 virgas ex omni latere.

Columpnæ archus 6, feneſtræ 6 in una parte, et in qualibet feneſtra 5 panell, et totidem columpnæ et archus in alia parte.

Feneſtra una in orientali et alia in occidentali.

Venella

Venella viæ a vico de Smalſtrete per eccleſiam Sanctæ Werburgæ ad introitum viæ vocatæ Seynt Colaſtrete continet 145 greſſus, ex oppoſito venellæ viæ per ſpacium 32 graduum ad Baldwyne-ſtrete.

Venella viæ ad Baldwyne-ſtrete ex oppoſito ſuperſcriptæ, eundo per certos gradus inferiores ad numerum 32, et . . greſſuum ad vicum Baldwyneſtrete ex oppoſito crucis lapideæ continet cum dictis 32 gradibus greſſuum et . . greſſibus.

Via ab eccleſia Sancti Nicholai cum 5 greſſibus areæ dictæ eccleſiæ ad introitum eccleſiæ voltæ vocatæ le crowd, cum ſpacio latitudinis voltæ de dicta eccleſia arcus ac ſpacio latitudine 20 greſſibus ad deſcenſum voltæ de le croude ultra dict 20 greſſus præter 2 virgas.

Tamen longitudo tocius voltæ cum duobus alis ex numero 5 pyllerys archuatis continet 12 virgas.

Et 5 magnæ columpnæ ac 5 archus ſunt in dicta crippa ſive volta.

Item turris quadratus campanilis eccleſiæ predictæ continet 5 virgas ex omni parte.

Ad eccleſiam Sancti Michaelis.

Via in occidentali parte eccleſiæ Sancti Bartholomei Briſtolliæ eundo ad eccleſiam Sancti Michaelis ſuper altiſſimum montem, a via vocata le Stype-ſtrete, incipiendo a collegio Sancti Bartholomei ſemper aſcendendo ad quandam fontem et crucem lapideam in monte Sancti Michaelis, ſic eundo ad eccleſiam religionum Beatæ Mariæ Magdalenæ, pauperis religionis trium monacharum continet 360 greſſus.

Et a dicta eccleſia religioſa ſive eccleſia parochiali Sancti Michaelis uſque ad lapidem altum aſſignatum

pro

pro limite francheſiæ villæ Briſtolliæ, prope crucem et locum furcarum pro juſtitia legis pro traditoribus et latronibus ſuſpendendis et executione mortis, 420 greſſus aſcendendo ſemper ad montem. Sed a dicta petra quæ eſt finis francheſiæ Briſtolliæ plagæ meridionalis ab alta cruce ad locum juſticiæ exequend continet in toto, cum 120 greſſis, 540 greſſus.

Capella ſanctæ crucis ſuper Thyrdam-doune verſus collegium de Weſtberye continet in longitudine 9 virgas.

Latitudo ejus continet 5 virgas et habet mantellum

. . . .

Eccleſia collegii diaconata de Weſtbery continet in longitudine 42 virgas vel LX greſſus.

Latitudo ejus continet 24 virgas.

1447. Memorandum quod navis Roberti Sturmey in primo viagio ſuo de Jeruſalem fuit ſubmerſus prope Modon inſulam ex fortuna-caſu in nocte fracturæ, et 37 homines Briſtolliæ ſuæ navis vocatæ le Gorg-Anne, et ipſi 37 homines ſepulti apud Modon, et epiſcopus patriæ fecit capellam novam ad orandum pro animabus eorum.

Touker-ſtrete.

Venella prima in Touker-ſtrete de ponte Briſtoll continet 90 greſſus ad aquam Avonæ.

Venella ſecunda verſus Stallage-cros continet 100 greſſus ad aquam de Avyn, et iſta venella eſt apud Stallage-cros ex oppoſito.

Latitudo dictæ venellæ eſt 4 greſſus.

Via in fine Toker-ſtrete incipiendo a retro de Temple-ſtrete ultra magnum fontem prope magnum et profundum gradum, anglice a ſtepe, in fine de Toker-

Toker-ſtrete, et eundo coram aquam de Avyn per prata in boriali parte aquæ continet ad retornam venellæ in Temple-ſtrete ad le pyllorye 420 greſſus; et dicta via eſt edificata in una parte verſus dexteram manum, et alia pars viæ eſt curſus aquæ de Avyn.

Latitudo dictæ viæ eſt ultra circa 8 greſſus, et aliquando 20 greſſus.

Venella ſecunda exiſtens coram aquam Avyn in dicta via verſus ad Temple-ſtrete continet 90 greſſus.

Venella ſecunda in dicta via coram aquam de Avyn continet circa 90 greſſus, et tranſit in retorno de quadam pervicina ponte arboris quod equus non tranſiet ad prata coram aquam Avyn, et ſic retornando ad Temple-ſtrete ex oppoſito le pyllory prope eccleſiam Templi, continet ut ſuper 90 gradus.

Latitudo dictæ venellæ continet 4 virgas.

Eccleſia templi ſanctæ crucis.

Longitudo eccleſiæ de templo ſanctæ crucis continet 57 virgas, et circa 100 gradus per eſtimacionem.

Latitudo ejus continet 42 gradus.

Turris novus eccleſiæ campanilis continet 5 virgas ex omni parte quadratæ.

Via ſubtus le toune-wallys incipiendo a parte Temple-ſtrete, et eundo infra murum, juxta murum intrando per viam vocatam Seynt Thomas ſtrete continet . . . greſſus.

Venella in Temple-ſtrete ultra eccleſiam templi ex parte meridionali de Temple-ſtrete, id eſt in parte oppoſita eccleſiæ verſus portam templi, quæ eſt ſecunda venella a cruce de Stallage-croſs verſus et ad Radclyffe-ſtrete eundo . . . greſſus.

Longitudo muri villæ Briſtoll, tranſeundo per ortos Temple-

Temple-yate, ſed incipiendo ultra orientalem partem cancellæ fratrum Auguſt. ſuper borduram aquæ de Avyn, continuando uſque Temple-yate continet 600 greſſus. Et ſic continuando a porta Temple-yate per muros villæ ad primam portam de Radclyff-ſtrete, qui eſt finis dictæ viæ de Radclyff-ſtrete, continet 435 greſſus.

Et ſic in toto ab aqua Avenæ predictus murus continet uſque ad portam primam de Radclyff-yate 1035 greſſus.

Muri denſitudo ſuper viam quam homines ambulant 2 virgæ.

Spiſſitudo tocius muri continet 2 virgas et duas pedes.

Venella in Radclyff-ſtrete a prima porta Radclyff, vocata Hounden-lane, continet a via Radclyff uſque Seynt Thomas ſtrete in longitudine 170 greſſus.

Latitudo dictæ venellæ continet 2 virgas.

Venella ex parte meridionali eccleſiæ Sancti Thomæ eundo juxta eccleſiam continet in longitudine 170 greſſus.

Venella in parte boriali eccleſiæ Sancti Thomæ tranſeundo per cimiterium continet . . . . .

Eccleſia Sancti Thomæ cum choro continet in longitudine 80 greſſus.

Latitudo ejus continet 35 greſſus.

Muri longitudo ex parte orientali villæ prope Pyttey-yate, incipiente in meridionali de Pyttey-yate, uſque ad viam ducentem ad portam vocatam le Blynde-yate continet 170 greſſus verſus Monkenbrygge, et continuando uſque Frome-yate ſic continet ulterius . . . . .

Muri

Muri viliæ Briſtoll videlicet a principio de Frome-yate, et ſic retornando uſque per Lewlynſmede, et retornando per Seynt Jamys bak et Brode-mede ac le bak parvum uſque Pyttey-yate, continet dictus murus per aquam de Frome gyrando 1000 greſſus.

Via de fine Seynt Thomas ſtrete incipiente apud le toune-walle continuando ſub le toune-walle ad portam primam de Radclyff-yate, qui eſt finis longæ viæ de Radclyff-ſtrete, continet 170 greſſus, edificata in parte orientali de le toune-walle.

Latitudo dictæ viæ continet 8 greſſus.

Via incipiente apud occidentalem finem de cimiterio Radclyff-chyrch, ſic tranſeundo per viam ducentem ad Trene-myllys, et continuando uſque domum hoſpitalis Beatæ Mariæ Magdalenæ in dextra manu, eundo verſus pontem de Bryghtbow ad crucem et capellam dicti hoſpitalis, continet 300 greſſus; et a dicta domo hoſpitalis uſque pontem de Bryghtbow continet 230 greſſus, ubi libertas villæ Briſtoll extendit, ſic in toto 530 greſſus.

Pons aquæ de Bryghtbow verſus eccleſiam hoſpitalis Sanctæ Katerinæ continet 24 greſſus in longitudine.

Via predicta continuando a ponte de Bryghtbow verſus Bedmynſter ad capellam liberam hoſpitalis Sanctæ Katerinæ continet 170 greſſus.

Via de hoſpitali eccleſiæ Sanctæ Katerinæ uſque pontem vocat. Bryghtbow, eundo verſus eccleſiam de Radclyff continet in longitudine 240 greſſus.

Pons vocat Bryghtbowe, ubi extrema pars libertatis villæ Briſtoll exiſtens verſus occidentem, eundo uſque

Wellys

Wellys per Bedmynſter continet 17 virgas longitudinis ſive 36 greſſus.

Latitudo dicti pontis continet 5 virgas.

Viæ longitudo de porta vocata Radclyff-yate verſus Bedmyſter, et tranſeundo per eccleſiam Radclyff et domum manſionis preſbiterorum Canyngys uſque ad pontem vocatum Bryghtbow, ubi ad dictum pontem libertas et franchefia villæ Briſtolliæ extendit in occidentali parte villæ Briſtoll, continet 1200 greſſus.

Portarum duarum predictarum in fine Radclyff-ſtrete continet ſpacium longitudinis inter dictas duas portas 36 greſſus.

Capella Sanctæ Mariæ Magdalenæ ab antiquo fundata cum hoſpitali gentium leproſarum ſcita eſt in parte boriali verſus pontem de Bryghtbow ultra domum capellanorum Willelmi Canyngys, quæ capella ſcita eſt ultra viam ducentem ad molendinam vocatam Tremyllys, in altera parte cimiterii de Weſtmynſter.

De vico fratrum predicatorum vocato Marchall-ſtrete.

Memorandum quod vicus vocatus Iryſhmede in orientali parte de Marſhall-ſtrete continet in longitudine prope pontem lapidis juxta murum fratrum predicatorum . . . greſſus.

Sancta Cuthburga virgo die ultimo auguſti, non martiris.

Sancta Keneburga virgo 25 die junii, A littera.

Via vocata le Marchall-ſtrete incipit ab angulo principii viæ De le Weer, eundo directe per fratres predicatores ad le barres, per tenementa patris mei W. Worceſtre, et eundo continue per horrea prioratus

Sancti

Sancti Jacobi ad quendam metum de exteriori lapide libertatis villæ Briſtoll, eundo ex parte boriali ad Redbyng-feld et Weſtbery verſus Glouceſtriam, continet 1020 greſſus.

Eccleſia fratrum predicatorum in Marſhall-ſtrete.

Via predicta vocata Marſhall-ſtrete, incipiendo directa linea de muro principii viæ vocatæ le Were prope angulum domus Bagpath, ex oppoſito duorum molendinorum villæ prope caſtrum villæ, et eundo per fratres predicatores, et tranſeundo per lez barres directe per horrea prioris Sancti Jacobi, eundo per Redelond uſque collegium Weſtbery, et per villam Tokynton verſus Auſt-clyff ad Severn-water et Glouceſtriam, continet 1020 greſſus, una vice probatus per meos greſſus; et dicta via de Marchall-ſtrete habet finem ultra horrea prioratus Sancti Jacobi ad quendam freeſtone longitudinis unius virgæ ſtantem.

Longitudo portarum vocat. Newyate continet 20 greſſus.

Longitudo eccleſiæ Sancti Petri continet 54 greſſus.

Longitudo edificacionis a retro eccleſiæ predictæ a via Sancti Petri ex orientali parte retornando verſus aquam de Avyn continet 72 greſſus, et conſimili modo in retorno per dictum cimiterium ab orientali eccleſiæ Sancti Petri ad occidentalem partem dictæ eccleſiæ de edificatione magnifici hoſpicii et tenementorum . . . Nortons continet 75 greſſus.

Longitudo de Wynch ſtrete ex oppoſito Pyllery, eundo per caput viæ de Pyttey directe ad portam Sancti Johannis, per cimiterium Sancti Johannis Bap-

Baptiſtæ, continet 410 greſſus ad portam Sancti Johannis Baptiſtæ tranſeundo.

Latitudo dictæ venellæ et viæ continet duas virgas, id eſt 6 pedes.

Eccleſia Sanctæ Mariæ de Port, continet cum campanile ejus longitudo 60 greſſus.

Porta Sancti Johannis Baptiſtæ, ſuper quam edificatur tam turris quadratus quam una ſpera de ſuper de freſtone cum duobus batillementis ſuper turrim, continet in longitudine 17 greſſus, et de novo edificata fuit cum eccleſia Sancti Johannis per Walterum Frampton nobilem mercatorem villæ Briſtoll.

Eccleſia Sancti Bartholomei, quondam prioratus canonicorum regularium per anteceſſores domini de le Warre fundata, et modo hoſpitale pauperum annui valoris . . . . . eſt ſcita prope et extra portas vocatas Frome-yate, in boriali parte villæ Briſtoll.

Via a porta introitus ad caſtellum Briſtolliæ prope eccleſiam orientalem Sancti Petri, et ſic eundo et gradiendo per murum foſſi murorum caſtri per portam Newgate, et per vicum vocatum le Weere, et pe-pontem de le Weere, dimittendo le wateryng-place in manu ſiniſtra, et girando per dictum murum foſſi verſus meridiem prope crucem de le market, ſic continuando uſque magnam petram de freſtone unius virgæ erectam ad extremam libertatis franchefiæ villæ Briſtolliæ in altera parte gardinorum Willelmi Worceſtre ad portam primi introitus caſtri ex parte occidentali eccleſiæ Sancti Philippi, quæ eſt ad finem venellæ retro viæ mercati, continet in circuitu unius partis turris et murorum caſtri 420 greſſus.

Via

Via quaſi trianguli ab origine anguli pontis Briſtoll in oppoſita parte porti Sancti Nicholai ad principium de le bak, ubi unica domus aquæ conductus 9 pedum longitudinis ſcituatur, continet 30 greſſus; et a predicto angulo pontis Briſtolliæ ad principium portæ Sancti Nicholai, quæ eſt pars dictæ viæ triangularis continet 14 greſſus; et a domo conducti de freſtone, quæ eſt conductus aquarum in principio de le bakk, eundo per eccleſiam de le crowd Sancti Nicholai ad portam Sancti Nicholai.

Via a dicta domo aquæ conductus eundo per le bak coram aqua de Avyn uſque ad portam de Merſh-yate, par le crane et per orientalem partem capellæ . . . . . continet 270 greſſus.

Portæ duæ cum archu deſuper ſuper extremam occidentalem capellæ Sanctæ Mariæ pontis, continet longitudo inter primum murum archuatus, dicto muro archus computato cum vacua placea coram hoſtium capellæ, ad alteram portam peti archuati cum muro dicti archuati computato continet 9 virgas ſive 16 greſſus.

Latitudo tocius pontis, ut poteſt probari per ſpacium viæ pontis latitudinis inter dictas duas portas continet 5 virgas.

Latitudo viæ ad finem meridionalem pontis ad primum introitum longæ viæ de Radclyff-ſtrete continet 5 virgas ſive 8 greſſus.

Market-place.

Via longa in poſteriore parte a retro viæ de old Market uſque Lafford-yate: via poſterior ex parte meridionali a retro de antiquo market, incipiendo a porta prima caſtri Briſtoll, et tranſeundo per tria

gardina Willelmi Worceſtre in meridionali de le croſſe in mercato predicto, ſic tranſiens per longam viam juxta cimiterium et eccleſiam Sancti Philippi, ubi quondam eccleſia religioſorum et prioratus in orientali parte eccleſiæ Sancti Philippi ſcituatur, et ſic continue eundo a retro gardina tenementorum in mercato antiquo uſque ad murum eccleſiæ occidentalem eccleſiæ hoſpitalis Sanctæ Trinitatis per venerabiliſſimum mercatorem quondam villæ Briſtoll, ad dictam eccleſiam Sanctæ Trinitatis per . . . . . Barſtaple fundatum et edificatum pro XIII hominibus pauperibus, continet in longitudine 660 greſſus.

Hoſpitale domus cum capella in veteri mercato prope Laffords yate cum capella condecent p . . . dictum Barſtaple eſt fundata et erecta.

Porta Laffordys-yate per dictum Walterum Barſtaple de novo fundata et compoſita tempore regis Edwardi tertii, vel Ricardi regis ſecundi, ubi finis libertas et francheſiæ villæ Briſtolliæ in hoc termino occidentali extendit ad quendam petram altitudinis unius virgæ extra Laffordys-yate erectam in parte boriali dictæ portæ per me viſum et palpatum.

Altitudo dictæ portæ ſuper pulcram manſionem deſuper edificatam . . . .

Viæ longitudo ab exteriori parte Laffordys-yate, continuando uſque ad eccleſiam et domum ac hoſpitale pertinenti dictæ eccleſiæ, continet in longitudine in comitatu Glouceſtriæ incipiente, et verſus viagium ad civitatem Londoniarum tranſeuncium per foreſtam de Kyngyſwod, incipiente apud Laffordys-yate continet uſque dictum hoſpitalem Sancti Laurencii per . . . . . fundatam, quamvis modo pertinet tempore

pore Edwardi regis quarti collegio et ecclesiæ de Westbery, 1200 gressus per W. Worcestre mensuratis.

Via magna prope Laffordys-yate in parte boriali dictæ portæ juxta le meerestone finis libertatis Bristolliæ; ac via magna in parte boriali similiter non multum longæ, qua itur et revertitur in parte et clima boriali extra Laffordys-yate, eundo et equitando per . . . . . ad villam Gloucetyr per villas Wynterborn Tyderynton Newport . . . . . usque Glouceſtre per spacium 50 miliariorum distans a Bristollia.

Le Market-weyes usque Lafford-yate.

Via non edificata in altera parte boriali de le market-place in parochia Sancti Philippi.

Via longa incipiente ad finem viæ de le weere ex altera parte viæ, ubi equi Bristolliæ consueverunt bibere in angulo cornerii meridionali dicti wateryng-place, et sic continuando viam usque domum hospitalis Sanctæ Trinitatis fundatam per Walterum Barstaple prope Laffordys-yate, et ex transverso viæ veniente de le veyle market, usque milliam quondam Walteri Carillton, continet in longitudine cum viæ retornæ versus et prope hospitalem Sanctæ Trinitatis ad viam de market prope Laffordys-yate 569 gressus.

Latitudo dictæ viæ per majorem partem continet . . . . . per estimacionem, sed non est edificata nisi per longitudinem . . . . gressuum citra le wateryng-place de le Weer, sed in latitudine circa . . . . gressus.

Venella prope ecclesiam Sancti Philippi, ducens de

le ſtyle cimiterii dictæ eccleſiæ directe per le travers de dicto market, continet 77 greſſus.

Latitudo ejuſdem venellæ de petra non edificata continet 7 virgas.

Venella alia ducens directe de illa priori venella ex tranſverſo de le market, tranſiens ad borialem viam ſive partem per le magnum gardinum et orchard Markyſwilliam majoris quondam villæ Briſtolliæ ad aquam de Frome, ultra le wateryng-place de le Weere, verſus Erlyſmede, continet 136 greſſus.

Via lapidea longa et lata, vocata le veile market, a principio altæ crucis prope foſſam caſtri Briſtoll, directe eundo per quatuor tenementa Willelmi Worceſtre ad Laffordes-yate ſcita, ut media et principalis via duarum aliarum longarum viarum, una ex parte meridionali et alia via ex parte boriali, continet 660 greſſus.

Latitudo dictæ viæ continet 54 greſſus.

Via eundo ad prioratum montis acuti Sancti Jacobi per le juſtyng-place ab antiquis diebus.

Via in parochia Sancti Jacobi in occidentali parte eccleſiæ Sancti Jacobi prope portam principalem introitus ad prioratum Sancti Jacobi, et partem muri orientalem fratrum Sancti Franciſci.

Via longa, ſive venella, de fine viæ Lewenyſmede ex oppoſito cimiterii Sancti Jacobi, eundo per hoſtium prioris religionum dictæ eccleſiæ, et ſic continuando ad extremam partem dictæ viæ ſive venellæ per muros gardinorum fratrum Sancti Franciſci ad quendam montem acutum in boriali parte dictæ viæ extrema, et retornando per aliud retornum viæ ducentis verſus

montem

montem eccleſiæ Sancti Michaelis, continet dicta via ſive venella erecta 300 greſſus. Et retornum dictæ viæ ad partem orientalem per murum dictorum fratrum minorum uſque ad venellam eundo ad eccleſiam Sancti Michaelis, et ſic continuando directe orientaliter uſque ad altam crucem petri erecti de freſtone cum fonte clauſa de freſtone ad altiorem finem viæ veniente de eccleſia Sancti Bartholomei vocatum Stype-ſtrete, continet 600 greſſus.

Memorandum quod ad dictam crucem obviant 3 viæ, quarum una vocatur Stanley ducens ad villam Clyfton, vel ad viam ducentem uſque Ghyſton-clyff.

Latitudo ejus continet 4 virgas prope conductorium . . . . . de freſtone in meridionali parte dictæ portæ ſcituat.

Notulæ de prima fundacione ordinis Sancti Johannis in Jeruſalem, modo apud inſulam Rodes cuſtodita, et eſt in Anglia apud Clerkynwelle London, ut ſcripſi extra tabulam pedentem in eccleſia templi Briſtoll.

Johannis Baptiſta fuit Jeroſolimitanus, et patronus fratrum ſanctæ domus hoſpitalis Jeroſolyma; et devenit de Græcis adlatus ad Gerardum ſervum dei, quando Godefridus de Buyllon conquiſivit Jeruſalem; et qualiter Raimundus de Perodis fuit primus frater profeſſus in dicto ordine, et fecit ordinem, et regulam dicti ordinis a ſede apoſtolica optinuit, et intitulatur Beati Johannis Baptiſtæ religio; et ante adventum Chriſti primo tempore Samuelis prophetæ et conſequenti tempore Alexandri magni divino oraculo revelatur de theſauro David abſcondito per Melchiarem ſacerdotem . . . . . dicti imperatoris in excellenti edificii magnitudine et plenitudine in Jeruſalem,

eſſet fabricata in monte Syon, ubi eſt . . . . . ſe conſequenter propter peregrinos prope ſanctum ſepulcrum, fuit per latinos tranſlata, hæc eſt illa ſancta domus, ad quam miſit Judas Machabeus duodecim milia dragmas argenti . . . . . ibi pro peccatis mortuorum; et eſt dicta ſancta domus, ubi Chriſtus manducavit paſcha, agnum paſchalem ſecundum ritum legis, et lavit pedes diſcipulorum in die jovis cena domini; et ibi Zacarias propheta fuit cuſtos et electus dictæ ſanctæ domus. Quidam ſancti Nicholaitæ benedictum Stephanum prothomartyrem et alios religioſos viros et mulieres in dicta domo ſtatuerunt ad opera miſericordiæ et pietatis complenda circa pauperes et infirmos, qui profeſſi dictæ religionis promittunt ſe eſſe ſervos in ſui voti . . . . . tradentes dictis religioſis ſignum ſanctæ crucis, quorum . . . . . actuum apoſtolorum Lucas evangeliſta conſcripta perfecerunt circa Johannem Baptiſtam precurſorem domini et antiquæ legis ultimum martirem pro . . . . . .

Via vocata Marchalle ſtrete in parochia Sancti Jacobi, videlicet a fine viæ Brodemede prope pontem muri fratrum predicatorum, eundo verſus cimiterium Sancti Jacobi per lez barrys ubi mulieres fatuæ morantur, uſque ad angulum cornerii intrando ad prioratum . . . . . Sancti Jacobi per unum mulbery-tree, con inet 191 greſſus.

Latitudo dictæ viæ per tenementa mea Willelmi Worceſtre . . . . . .

Via proxima ſequens, videlicet ab angulo cornerii, eundo verſus Redelyngton per le mulbery-tree ſuperius nominatum, et ſic eundo verſus cimiterium Sancti

Sancti Jacobi uſque ad introitum primum eccleſiæ predictæ, continet 155 greſſus; et ſic continuando per coſteram cimiterii Sancti Jacobi uſque crucem et pontem occidentalem dictæ viæ ad returnum viæ vocatæ le Bak ad finem occidentalem cimiterii predicti, ubi una porta cum uno ſtilo petræ ſcituatur, continet 240 greſſus; et ſic in toto longitudo dictæ viæ continet 395 greſſus.

Latitudo dictæ viæ ex una parte edificatæ continet . . . greſſus.

Latitudo viæ de le bak in parochia Sancti Nicholai continet 34 greſſus.

Latitudo ſecundæ viæ gradus, voc. anglice le ſlep, qui eſt proximior ad introitum Baldwyn-ſtrete continet 4 virgas.

Volta archus ſanctæ crucis et eccleſiæ Sancti Johannis continet in longitudine circa 60 greſſus.

Latitudo dictæ voltæ ſive archus 13 greſſus.

Key: longitudo a prima incepcione coram muro templi Juder prope portam petram introitus Smal-ſtrete uſque angulum domus de petri muro fortiſſimo edificato ex oppoſito abbathiæ Sancti Auguſtini continet per aquam de Frome et calcetum de le key 480 greſſus bene computatos.

Longitudo eccleſiæ Seynt Ewen, id eſt Sancti Adoen, continet 22 virgas.

Latitudo dictæ eccleſiæ, cujus orientalis pars altaris eſt directe ex oppoſito eccleſiæ ſanctæ trinitatis prope crucem Briſtolliæ, continet 15 virgas per me menſuratas vel 30 greſſus.

Et habet unam navem eccleſiæ ex parte boriali

alæ, et unam alam vel elam, quæ eſt capella Sancti Johannis Baptiſtæ, et fraternitatem.

Eccleſiæ longitudo omnium ſanctorum directe ex oppoſito eccleſiæ . . . . . continet . . . greſſus, vel tot. 23 virgas.

Latitudo dictæ eccleſiæ continet 20 virgas ſive 34 greſſus.

Longitudo eccleſiæ predictæ Sanctæ Trinitatis 22 virgas.

Latitudo eccleſiæ Sanctæ Trinitatis 35 greſſus.

Latitudo viæ Hygh-ſtrete ad altam crucem 24 greſſus.

Latitudo viæ de Wynch-ſtrete ad altam viam 16 greſſus.

Longitudo viæ vocatæ Bradſtrete continet 328 greſſus.

Latitudo viæ de Bradſtrete ad altam crucem 14 greſſus.

Sed ejus latitudo in medio viæ Bradſtrete 24 greſſus.

Latitudo viæ de Corner-ſtrete ad altam cruçem 14 greſſus.

Latitudo domus Willelmi Botoner 15 greſſus.

Latitudo domus Gylhalde cum capella Sancti Georgii 40 greſſus.

Longitudo voltæ Sancti Johannis conſtat ex ſex archuatis, cum 6 feneſtris in una coſtera verſus boriam, et duabus feneſtris verſus meridiem frette vowted.

Volta Sancti Johannis Baptiſtæ eſt in alto 16 ſteppys ſive gradus, et quilibet gradus continet 8 pollices.

Via

Via vocata le through-hows in meridionali viæ de Wynch-ſtrete per Haddon-tanerie ad vicum Seynt Mary port-ſtrete continet in longitudine 90 greſſus.

Latitudo ejus continet 4 greſſus in medio viæ.

Venella apud ſignum le ſwan in Wynch-ſtrete tranſiens ad vicum vocatum Seynt Mary port continet circa 90 greſſus.

Latitudo viæ Wynch-ſttete in medio continet 22 greſſus.

Vicus tranſiens de Wynch-ſtrete ad vicum' vocatum Seynt Peter ſtrete ex oppoſito fontis de freſtone prope eccleſiam Sancti Petri continet 80 greſſus.

Via de Newgate ad pontem de le Weere prope le wateryng place ad quendam petram magnam prope murum de dyke continet 360 greſſus.

Via proxima contermina de predicta ponte in fine de Weere, et petræ magnæ ad altam crucem de le market, tranſeundo ex oppoſito tenementorum Willelmi Worceſtre continet 300 greſſus.

Via longa a ſancta cruce ad portas Laffordys-yate continet 600 greſſus, vocata le market, per eccleſiam hoſpitalis Barſtaple fundatam in honore Sanctæ Trinitatis.

Caſtri orientalis partis muri profundi foſſi a porta et angulo orientali, a porta prope finem occidentalem cimiterii eccleſiæ Sancti Philippi, continuando per foſſam muri uſque ad angulum orientalem pontis de Were, et ſic girando per pontem molendinorum prope Newgate et tranſeundo per primam portam Newgate uſque ad introitum portæ foſſi profundi ad valvas introitus caſtri, continet ſepcies 360 greſſus, qui faciunt circa 2100 greſſus.

Avyn-

Avyn-merſh.

Circumferentia mariſci XII brachia, ut relatum mihi per unum rope-maker.

Longitudo de le ſlip, anglice a ſteyre, de lapidibus ad fundum aquæ de le bak, id eſt a ſummitate viæ deſuper le bak uſque ad ultimum gradum continencium deſcenſu 920 greſſus.

Latitudo dictæ gradus ad fundum aquæ continet 10 virgas, id eſt 40 pedes.

Altitudo de fundo aquæ Avonæ ad finem dictæ gradus, anglice a ſteyr, continet circa 7 brachia vel 6 brachia.

Latitudo viæ vocatæ Corner-ſtrete ad finem portæ Sancti Leonardi 24 greſſus.

Edificacio quadrata, vocata le rakhyth in occidentali parte capellæ Thomæ Knap ſuper le bak ſcitæ, unum quadratum a boria in meridiem 50 greſſus, et ab oriente in occidentem 40 greſſus.

Via ſive venella, quæ ducit ab hoſtio de rakhyth ad le bak per meridionalem partem cimiterii capellæ T. Knapp, continet circa 80 greſſus.

Via ſive venella, quæ incipit in parte boriali eccleſiæ Sancti Nicholai de le porta ejus ſive de fine Hyghſtrete ducens ad viam ſive venellam deſcenſus gradus 30 ad Baldwyne-ſtrete ex oppoſito crucis, continet de principio dicti gradus 124 greſſus.

Et ſic continuando dictam viam uſque portam Sancti Leonardi continet circa 300 greſſus.

Longitudo navis eccleſiæ Sancti Leonardi continet 12 virgas, cum choro 7 virgæ, 19 virgæ circa 30 greſſus.

Latitudo ejus continet 10 virgas.

Viæ latitudo a fine venellæ ducentis de porta Sancti Leonardi

Leonardi, viz a principio domus de le cuſtom-hows uſque venellam ab hoſpicio . . . . . Shyppard ad introitum venellæ eundo ad occidentalem partem campanilæ Sancti Stephani continet 70 greſſus.

Venella parva ſupra-nominata, eundo ad eccleſiam Sancti Stephani per orientalem partem eccleſiæ Sancti Stephani altaris principalis eccleſiæ predictæ, continet 80 greſſus.

Latitudo viæ de le key ex parte de le cuſtom-hows uſque directe eundo ad quandam venellam, incipiendo a retro domus Shyppard, eundo ad portam occidentalem eccleſiæ Sancti Stephani 34 greſſus, verſus locum apertum partis de le key, ubi in medio conductus aquæ de petra freſtone ſcituatur.

Venella proxima adjuncta, eundo per le ſtile per cimiterium, incipiendo ab orientali parte eccleſiæ Sancti Stephani, et ſic directe eundo per meridionalem partem cimiterii dictæ eccleſiæ uſque le key, continet cum 30 greſſibus per cimiterium predictum, et tunc directe tranſeundo per occidentalem partem eccleſiæ predictæ ad locum vocatum le key continet 90 greſſus, ſed equi havers non tranſeunt per dictam venellam.

Duplicacio ſcaccarii habetur in quodam libello exiſtente in ala meridionali eccleſiæ Sancti Stephani Briſtoll.

Primus punctus ſcaccarii		1 granum.
15 punctus		1 quart 17 galon.
20 punctus		1 buſhell.
23		1 quart.
33 . .	1024 . .	1 perch.
35		unum hundred.

39 . . . . . una baronia.
42 . . . . . unus comitatus.
47 . . . . . unum regnum.
64 . . 131072 . . 262143.
Summa totalis de regnis
18446744073709551615.

De operacione artificioſa porticus borialis eccleſiæ Sancti Stephani de opere manuali Benet le free-maſon.

A cors wythout.
A caſement.
A bowtelle.
A felet.
A double reſſaunt.
A boutel.
A felet.
A reſſaunt.
A felde.
A caſement wyth levys.
A felet.
A boutel.
A felet.
A reſſant.
A felet.
A caſment wyth trayles f . . .
A felet.
A boutel.
A felet.
A caſement.
A felet.
A caſement.
A felet.
In the myddes of the dore a battelle.

Turris

Turris de Radclyff.

Turris eccleſiæ Radclyff in longitudine continet 23 pedes dimid. et in latitudine 24 pedes.

Altitudo turris continet 120 pedes, et altitudo de le ſpere ſicut modo fracta continet 200 pedes.

Et diameter in ſuperiori fracturæ continet 16 pedes.

Et habet 8 pannas.

Et quilibet lapis in incepcione ſperæ continet indenſitate duos pedes; et apud le topp in altiori parte ubi crux ſcituatur, continet denſitudo 4 pollices; et quilibet lapis in fabricacione eſt 8 pedes latitudinis . . . . in denſitudine; et latitudo de le garlond continet XI pedes.

Denſitudo murorum turris de Radclyff in fundamento 7 pedes.

Et in altitudine 120 pedum continet murus 5 pedes.

Longitudo primæ portæ porticus eccleſiæ Beatæ Mariæ continet 7 virgas, et capella continuata ad portam introitus portæ eccleſiæ principalis continet 6 virgas.

Latitudo dictæ capellæ continet 5 virgas.

Turris campanarum eccleſiæ Sancti Jacobi ab boria in meridiem continet 6 virgas.

Et ab oriente in occidentem 5 virgas.

Eccleſia Sancti Audoeni in latitudine 14 virgas.

Latitudo eccleſiæ Sanctæ Trinitatis continet 32 greſſus.

Longitudo eccleſiæ Sanctæ Trinitatis continet 22 virgas.

Latitudo eccleſiæ Sanctæ Werburgæ continet . . . . . .

Ec-

Ecclesia Sancti Petri continet in longitudine preter chorum 54 gressus.

Latitudo ejus continet 30 gressus.

Ecclesia Sanctæ Mariæ de la port continet preter chorum in longitudine 27 gressus.

1469 Mr. Robertus Lond obiit, grammaticus villæ Bristoll, die 23 febr.

Longitudo navis ecclesiæ de Radclyff continet 13 archus altos cum 3 fenestris desuper le ovyrstorye, et quælibet fenestra habet 5 panes altitudinis 12 pedum, et latitudinis 4 virgarum vitreatarum sic in toto. Et quælibet fenestra continet 4 virgas latitudinis, et habet 5 panys vitreatas quælibet fenestra: sed in duabus alis ecclesiæ quælibet fenestra non habet nisi quatuor panellas vitreatas.

Seynt Margyt halle
Sparow-halle
Aula cervinæ major
} sunt in Balyole college.

Memorandum de nominibus trium aularum prope Deram-college quorum scolares fuerunt occisi.

Memorandum quod ubi nunc est nova scola theologiæ, plures erant aulæ pertinentes collegio de Balioło.

Etiam ubi nunc est collegium animarum plures erant aulæ, videlicet,

Bereford-halle artium.

Seynt Thomas halle, artium.

Blachalle alia, alias dict. Doctor Trope-hall prope aulam Stapeline.

Aula universitatis minor annexa aulæ Brasynnos.

Aula . . . annexa eidem.

Aula major Sancti Ed . . annexa eidem.

Haberdasshalle, in quo unus stacionarius universi-

tatis

tatis manet prope eccleſiam Sanctæ Mariæ.

Aula Bulklee, in quo nunc manet Myleyn tabernarius in Hygh-ſtrete.

Aula univerſitatis prope coll. univerſitatis.

Inſulæ Irlandiæ.

Arnys inſulæ 3 Hiberniæ jacent ultra Blaſquey.

Iland Slyge . . . . . et comprehendit tres inſulas magnas, et ſunt infra dictas inſulas circa minimum, ut dicitur, 368 inſulas; et dicta inſula eſt talis naturæ, quod homines manentes in dicta inſula non poſſunt mori, ſed quando volunt ex nimia etate mori, debent ex eorum deſiderio portari extra inſulam, et ibi moriuntur, et continet in circuitu 24 miliaria.

Blaſque iland prope Dengle . . . . . continet in circuitu . . . . et qui voluerunt velare ad inſulam Braſyle, debent accipere curſum.

Kelleques iland . . . . .

Ghyſton-clyff.

Breke faucet eſt ſubtus Gyſton-clyff apud Lymotes ſub valle Brandon-hille.

Fons calidus emanet de profundo aquæ Avyn, ſicut eſt Bathoniæ, in le rok de Gyſton-clyff, in eadem parte in le ſhole-place.

Scarlet-welle eſt directe in parte oppoſita, in alta parte de Hungrode, emanente de rupe.

